


TITVLI ASIAE MINORIS

CONLECTI ET EDITI AVSPICIIS

CAESAREAE ACADEMIAE LITTERARVM VINDOBONENSIS



VOLVMEN I

TITVLI LYCIAE

LINGVA LYCIA CONSCRIPTI

ENARRAVIT

ERNESTVS KALINKA

TABVLAM AD HENRICI KIEPERT EXEMPLVM REDACTAM

ADIECIT

RVDOLFVS HEBERDEY




VINDOBONAE MDCCCCI

IN AEDIBVS ALFREDI HOELDERI

TYPIS EXPRESSIT RVDOLFVS M. ROHRER BRVNAE




IOANNI PRINCIPI DE LIECHTENSTEIN




HORVM STVDIORVM IN AVSTRIA

FAVTORI CVLTORI PATRONO

SACRVM





PRAEFATIO


Aestate anni 1881 cum e Lycia redux Constantinopoli degerem, contigit, ut serenissimus princeps Ioannes de Liechtenstein recens a gestatione, cui per maris Aegaei litora uacauerat, phaselum suum Hertham nomine ad aureum cornu in ancoris teneret. qui certior factus, quo consilio in Termilarum montes iter intendissem, uespero quodam me in phaseli diaetam ad se uocauit, ut quid effecissem, qua solet comitate, accuratius sciscitaretur. et quae tunc ad noctem cum de Asiae regionibus explorandis tum de partibus in hoc graui molimine a nobis suscipiendis uario sermone disputauimus, ea nunc grato animo profiteri decet initia et quasi fundamenta fuisse eximii fauoris, quo generosus ille princeps, quem omnium in Austria bonarum artium cultorem ueneramur, etiam nostra studia in orientem conuersa adiuuare numquam destitit. non solum enim primus auctor exstitit, ut nobile illud heroum Lycium Trysae quondam ab Iulio Augusto Schoenborn uiro probo inuentum quidem sed miserae obliuioni relictum, postquam iterum repperi, litterarum commodum Vindobonam transferremus dataque ea occasione Lyciam antiquitatis causa, quoad fieri posset, totam recognosceremus, sed hisce rebus absolutis editoque in lucem quod attuleramus disciplinae incremento ad ulteriorem etiam adeoque maiorem conatum ipse nos incitare et compellere uoluit. itaque decem abhinc annis cum rogatus ei uberiore libello exposuissem, quot lapides scripti in omnibus fere Asiae minoris angulis ignoti adhuc aut male noti delitescerent, et si doctae cuidam societati dispersos et absconditos inuestigare, inuestigatos excipere, exceptos digerere et ad artis leges edere liceret, quantum lucri in chorographiam, in rem grammaticam, in antiquam potissimum illarum regionum memoriam, quae si ab ora recesseris monumentis maxime, ne dicam solis continetur, redundaturum esset, ad huiusmodi opus integro labore suscipiendum oblata annua largitione satis ampla hanc nostram academiam inuitandam esse censuit.

Tam ingenue oblata cum debitis gratiis accepisset, academia rem sine mora aggressa est. quibus autem sodalibus curam principalis liberalitatis demandauerit, quorum uiuorum docta sollertia iam editarum inscriptionum apparatus instructus, in prouinciarum urbiumque ordinem redactus, in diem actus sit, quam denique messem expediti nostri et eruditi commilitones ex itineribus iterum iterumque in Asiam directis reportauerint, haec cum identidem ac minutatim in ephemeridibus academiae relata sint, hoc loco recolere inutile uidetur. sed formam operis si dis placet futuri qualem animo nobis effinxerimus, paucis uerbis adumbrare opportunum erit.

In tractando igitur negotio hoc nobis ante omnia propositum erat, ut magnum illud et gloriosum exemplum, quod latinarum inscriptionum corpore Theodorus Mommsen ut sui nominis honori, ita totius rei epigraphicae, totius adeo disciplinae antiquariae emolumento constituit, pro uirili parte maxime sequeremur. pessime uero nos secuturos esse intelleximus, si imitando dediti toti hanc nostram materiam non ad suam quodammodo indolem conformaremus. qua in re primum a sollempni

syllogarum Berolinensium ratione ita recedendum esse putauimus, ut non modo utriusque linguae inscriptiones coniunctim, sed quouis alio sermone quae antiqua aetate scriptae uiderentur, pari religione admitteremus. in hac enim orbis antiqui parte, cuius fata olim tot populorum consensu mixtura dissolutione continebantur, cuiusque commercium hodie, si paucos tractus exceperis, in planis campis rarum, per montana adeo nullum est, doctissimum quemque antiquitatis speculatorem egregie peccaturum esse patet, si peregrinando titulos graecos uel cum latinis solos uel omnino solos spectaret, reliquos aspernaretur. titulos autem regionibus locisue inter se uicinos, quos interdum ad eosdem homines eademque instituta pertinere, saepius argumentorum similitudine illustrari, ex ipso usque uicinitatis uinculo uim quandam memoriae adquirere constat, postquam molesto labore conquisiti et excepti praesto sunt, propter solam linguae diuersitatem edendi negotio diuellere ac prorsus segregare consilio operis ad instruendam antiquitatem inprimis compositi certe minus convenire uisum est. quapropter graecis mixtos latinos ad originis ordinem ubique repetemus exceptis tamen duorum imperatorum duobus exemplis bilinguibus eisque amplissimis. neque enim commentarium rerum gestarum ab Augusto relictum neque edictum Diocletiani de pretiis rerum uenialium, nisi interim pleniores quam adhuc funditusque nouae edendi copiae accreuerint, post curas illas a principe disciplinae impensas ac paene absolutas denuo proponere in animo est, idque recte a nobis exspectari posse negamus, praesertim cum utrumque monumentum non tam prouinciae quam imperii esse dici possit ideoque honoris causa peculiarem tractationem flagitare. barbaros autem titulos quibus prodierunt locis inseremus, ubi ne se subtrahant ceterorum silua obruti indicibus semper cautum erit. sed epichorios Lyciae utpote numero et pondere nobiles seorsum hoc uolumine comprehensos reliquis Lyciae, qui mox sequentur, praeposimus, ut tractando commodiores haberent quicunque hodie origini harum litterarum etiam nunc occultae admirabilem amorem et curam impendunt.

Tum de finibus operis haec monenda sunt. ex auctoribus et lapidibus congegimus Asiae minoris inscriptiones, ex solis auctoribus, ut licuit nec inutile uidebatur, finitimarum quoque prouinciarum Syriae et Armeniae. itineribus autem cum in hasce regiones euagari nobis neque datum neque propositum sit, hac sylloge dabimus solos titulos prouinciarum Asiae, quae fuerunt postrema aetate romana, exclusis, ut par erat, magnarum quae continenti a meridiana et occidentali parte adiacent insularum, illos uero quantum fieri potuit omnes omnesque accurate a nobis recognitos. in aetatis porro rationibus non erat, cur legem sequeremur latinarum inscriptionum corpori iure impositam sexto saeculo extremo subsistentes. in oriente enim tam constans erat ac sine euerione perpetuus graecarum rerum decursus aeuumque quod uocatur Byzantium litteris arte institutis tam arcte coniunctum cum forma imperii romani quae fuit in prouinciis graece locutis, ut



impedita illa quaestio, ubinam iustum medii aevi antiquitatisque confinium agnoscendum sit, diiudicatu multo etiam difficilius euadat quam in occidente et in recensendis inscriptionum subsidiis temporis nota plerumque destitutis paene desperanda uideatur. cumque hodie tantum absit ab eo, ut innumerabiles graecae scripturae uarietates inde ab Antoninorum fere aetate pleno temporis ordine persequamur, ut plurimas inscriptiones ne ad saeculum quidem determinare liceat, itaque in omittendis uel excludendis exemplis commissi errores, ut solent, huic quoque collectioni grauius damnum adlaturi sint quam innocentes in admittendis, liberaliores esse maluimus quam parciores et ad eundem ultimum terminum progredi, quem fixum neque ulli scrupulo obnoxium statuit christianorum titulorum editor clarissimus in corpore Boeckhiano, annum dico 1453 p. Ch. n.


In exhibendis denique exemplis nouum quod placuit institutum hic illic iam aliis probatum, siquidem collatis priorum syllogarum plagulis aspectu nitidis et puris haud raro inaequale ac minus elegans apparebit, idoneam in hac re excusationem, ultro in aliis commendationem habere confido. nouandi autem haec fuit causa, quae in his litteris quanti momenti et ponderis sit, ab expertis in dies magis perspicui uidemus. titulis scilicet in eo si est duplex natura, et ut elementorum signa qui legunt sententiam intellegant, et ut elementorum speciem qui intuentur locique operisue, ubi sunt, condicionem habitum figuram examinant, uel assequantur uel comprobent, qua aetate cui rei quem ad finem inseruerint, ita editori quoque et interpreti duplex esse officium in quouis titulo tractando debet, ut et exempli et monumenti aequa ratione habita tam uerba orationis quam artis indicia curet. epigraphici illud est, quod primum esse constat et a uiris summis ad perfectionem praestitum; archaeologo hoc uindicari potest, quod etsi numquam fere neglectum aut plane contemptum, tamen quoniam in peculiari obseruandi facultate et consuetudine uersatur, minus quaesitum et ad hunc diem minus excultum est. quin uero dignissimum sit, quod maiore intentione prosequamur, propterea in dubitationem uocari nequit, quia monumentorum condicionem non modo illustrantur saepius et augentur titulis tradita, uerum etiam ut intellegantur non numquam efficitur. exoptantes ergo, ut disciplina ultra aliquid prouehatur, hunc cursum ut teneat exspectabunt, istique multorum expectationi ita satisfacere studuimus, ut quaecumque ad operum locorumque cognitionem pertinerent momenta, quantum liceret, plenius examinanda itaque formam quoque exemplorum accuratius considerandam et reddendam curaremus, quam ad rem nobis incepti natura stimulos admouit.


Quodsi fit ut uel latinorum titulorum speciem formis litterarum aliquantum sibi constantem ac per diu stabilem aegre peramus coaequari inique et ad inanem ueri similitudinem deminui fixis typis expressam, quanto id maiori etiam adeoque perpetuae offensionem esse oportet in graeca scriptura, cuius uariis uicissitudinibus tot tantaque temporis originisque indicia interpreti subministrantur, ut sine magno utilitatis detrimento nullus editor negligere potuerit. hanc autem graecam uarietatem uiri docti etsi singulari studio ad anxietatem usque diu intenti, ut edendo imitarentur, accuratissima tamen typorum compositione cum nil nisi tristes illas inscriptionum imagines effecissent, simulatas potius quam ueras, difficiles potius quam ueritabiles, quibus ingenue fatendum sit parum profici ad exerendam uel coercendam artem criticam, minus etiam ad discernendas et definiendas aetates, at defatigari lectoris mentem rigida scripturae constantia et in magnis exemplis paene

monstruosa, omnem igitur talem edendi rationem utique descendendam et cum adiumentis, quae hodie in promptu habemus, consummatae artis photographicae commutandam esse duximus. quocirca supellectilem typorum, quamuis nobis tam copiosam comparassemus, ut plus quam a prioribus editoribus ueritati titulorum satisfieri posset, nusquam adhibebimus nisi in commentariis uel adnotationibus aut ad titulos a nobis non uisos ideoque siue ex libris repetendos siue ex schedis aliorum nostrum in usum transscriptis; neque enim est cur exceptionis loco meminerim titulum Opramoae heroo Rhodiapolitano inscriptum, quem immanitate sua suum profecto locum obtinere constat cuiusque litterae mira forma miro modo sibi constantes typis quidem redditae sunt, sed ad exemplum accurate et apposite scalptis. arte autem photographica exhibenda curauimus primum apographa ad lapides confecta, quandoquidem illa, etiamsi forte elegantia peccant uel uitii laborant, archetyporum uice funguntur, ubi sola praesto sunt; deinde imagines ad ectypa aut ad ectypa et apographa coniunctim delineatas; porro ectypa tam pura et clara, ut sine iniuria adumbrari possent, quod raro euenit; lapides denique ipsos, quod haud dubie optimum est et ubique maxime expetendum nec tamen peregrinantibus factum facile aut in condicione multorum titulorum licitum, ut in Lycia, ubi numquam fere propter incredibilem detritum lapidis calcarii fieri potuit. hac tamen edendi ratione ne abuteremur, ubicumque opera sumptusue inutilis fieri uidebatur, partem tituli graphice, reliqua litteris minusculis reddere satis habuimus. itemque prudenter nos continuimus in descriptione locorum et operum, qua in re certe uel ideo nil ultra opportunitatem molieremur, ne nimis archaeologorum officiis nos uiris epigraphicis suspectos reddamus.

Artem longam uitam breuem esse quis negat uel in hoc studiorum genere ualere? saepius me dolere confiteor, quod tantum temporis nobis in praeparatione et exploratione consumitur, ut pedetentim laxo agmine procedere uideamur, quia uia aliorum equitatum alacriter procurentem admirantur. quod utinam ne totum uiribus nostris detur, nedum uoluntati, quae honesta est et a leui ambitione aliena; sed res et fortuna in causa sunt pro auxiliis operae et difficultatibus propositi. sicut syllogam graecarum inscriptionum, qualem olim Gustauus Hirschfeld, uir bonae memoriae et de Asia peruestiganda optime meritis, desiderauit ex auctoribus totam litterisque minusculis eo consilio festinandam, ut copiae in tot librorum receptacula et latibula diu delapsae ilico usurpari possent, nunc facili negotio talem ex apparatu nostro adornare liceret eamque suapte natura satis quidem imperfectam, immo fidei multifariam incertae, sed certis indicibus adiectis in tempus admodum utilem. uerum cum dissuasissent summi iudices ancipitem curam quae obesset muneri uero et necessario, qua de re num recte senserint, uel hodie mihi uidetur disceptari posse, non aliter rem a nobis expediri posse uideo, nisi ut stataria opera a prouincia in prouinciam progrediamur et pro solido operis fundamento accuratam locorum regionumque indagationem ponamus. haec uero quam longi tenoris sit in Turcarum imperii incultis prouinciis, quam assiduos labores, quantas molestias exposcat, ut taceam de periculis hic illic sustinendis, credant uelim aequi iudices, qui non experti sunt. at bono animo speramus numquam academiae nostrae defuturos esse optimos iuuenes, milites antiquitatis, qui signa disciplinae antiquariae Austriaca in oriente fixa ex uoto principis, cui hasce primitias dedicamus, tueantur ac fortiter proferant.

OTTO BENNDORF






CONSPECTVS LIBRORVM

IN QVIBVS DE TITVLIS LYCIIS AGITVR

1. J. v. Hammer, Topographische Ansichten gesammelt auf einer Reise in die Levante 1811
2. E. D. Clarke, Travels in various countries of Europe Asia and Africa II² I 1813
3. F. Beaufort, Karamania a brief description of the South-Coast of Asia Minor and of the remains of antiquity 1817
4. R. Walpole, Travels in various countries of the East being a continuation of Memoirs relating to European and Asiatic Turkey 1820
5. Letronne, Censura libri Walpolii, Journal des savans 1820 p. 616 sqq.; 644 sqq.; 1821 p. 100 sqq.
6. Saint-Martin, Observations sur les inscriptions lyciennes découvertes par M. Cockerell, Journal des savans 1821 p. 235 sqq.
7. F. Beaufort, Karamania, übersetzt von F. A. Ukert 1821 (Neue Bibliothek der wichtigsten Reisebeschreibungen herausgegeben von F. J. Bertuch XXVII 2)
8. W. M. Leake, Journal of a tour in Asia Minor 1824
9. G. F. Grotefend, Remarks on some inscriptions found in Lycia and Phrygia (read 19 III 1831), Transactions of the royal Asiatic society of Great-Britain and Ireland III (1835) 317 sqq.
10. Ch. Fellows, A journal written during an excursion in Asia Minor 1839
11. Ch. Fellows, An account of discoveries in Lycia being a journal kept during a second excursion in Asia Minor 1841 (p. 427—521 D. Sharpe, An essay on the Lycian language)
12. G. F. Grotefend, Censura librorum Fellowsii, Göttingische gelehrte Anzeigen 1842 p. 138 sqq.
13. G. F. Grotefend, Über lykische Schrift und Sprache, Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes IV (1842) 281 sqq.
14. Raoul-Rochette, Censura librorum Fellowsii, Journal des savants 1842 p. 366 sqq.; 385 sqq.
15. R. Hoskyn, Narrative of a survey of part of the South-coast of Asia Minor and of a tour into the interior of Lycia in 1840—1, The journal of the royal geographical society of London XII (1842) 143 sqq.
16. Forbes and Hoskyn, Inscriptions copied in Caria and Lycia in 1840—1, The journal of the royal geographical society of London XII (1842) 158 sqq.
17. W. M. Leake, Remarks on Mr. Hoskyns paper, The journal of the royal geographical society of London XII (1842) 162 sqq.
18. Fellows et Leake, Transactions of the royal society of literature II. ser. I. vol. (1843) 254 sqq.
19. J. A. Schönborn, Über einige Flüsse Lyciens und Pamphylens nach Mittheilungen des Professor Dr. Löw und nach eigenen Notizen 1843
20. D. Sharpe, On certain Lycian inscriptions, Proceedings of the philological society I (1843) 193 sqq. (quae disputatio iterum typis impressa est in libro Sprattii et Forbesii)
21. S. Birch, Observations on the Xanthian marbles recently deposited in the British Museum, Archaeologia or Miscellaneous tracts relating to antiquity published by the society of antiquaries of London XXX (1844) 176 sqq.
22. W. M. Leake, Transactions of the royal society of literature II. ser. II. vol. (1847) 28 sqq.
23. T. A. B. Spratt and E. Forbes, Travels in Lycia Milyas and the Cibyratis in company with the late Rev. E. T. Daniell I II 1847 (II 213—265 D. Sharpe, On certain Lycian inscriptions)
24. G. Scharf, Observations on the peculiarities of sculptures seen on the monuments of ancient Lycia 1847
25. Ch. Texier, Description de l'Asie mineure III 1849
26. J. Kennedy Bailie, Fasciculus inscriptionum Graecarum potissimum ex Galatia Lycia Syria et Aegypto (vol. III.) 1849
27. A. Chodzko, Notes et essais sur les inscriptions lyciennes in libro qui inscribitur Les Slaves cours professé au Collège de France par A. Mickiewicz IV (1849) 505—548
28. L. Ross, Kleinasien und Deutschland 1850
29. Ch. Fellows, Travels and researches in Asia Minor more particularly in the province of Lycia 1852
30. Ch. Fellows, Ein Ausflug nach Kleinasien und Entdeckungen in Lycien, übersetzt von Dr. Julius Theodor Zenker 1853
31. Ch. Fellows, Coins of ancient Lycia 1855
32. Lassen, Über die lykischen Inschriften und die alten Sprachen Kleinasiens, Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft X (1856) 329 sqq.
33. C. Ritter, Die Erdkunde von Asien, IX. Kleinasien 1858, 1859
34. J. J. Bachofen, Das lykische Volk 1862
35. O. Blau, Das Albanesische als Hülfsmittel zur Erklärung der lykischen Inschriften, Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft XVII (1863) 649 sqq.
36. F. Müller, Bemerkungen über die Sprache der Lycier, Beiträge zur vergleichenden Sprachforschung III (1863) 216 sqq.
37. F. Müller, Über die Sprache der Lycier, Orient und Occident II (1864) 739 sqq.
38. M. Schmidt, The Lycian inscriptions after the accurate copies of the late Augustus Schoenborn 1868
39. M. Schmidt, Vorstudien zur Entzifferung der lykischen Sprachdenkmale, Beiträge zur vergleichenden Sprachforschung V (1868) 257 sqq.
40. M. Schmidt, Inschrift von Xanthus N. 6, Beiträge zur vergleichenden Sprachforschung V (1868) 477 sqq.
41. H. Ewald, Censura corporis Schmidiani, Göttingische gelehrte Anzeigen 1868 p. 14 sqq.
42. W. Pertsch, Censura corporis Schmidiani, Literarisches Centralblatt 1868 p. 479 sqq.
43. M. Schmidt, Neue lykische Studien, und W. Pertsch, Das Decret des Pixodaros 1869
44. A. Knötel, Die letzten Troer und ihr Gedenkstein, Breslauer Zeitung 1872 n. 421 sq.
45. J. Savelsberg, Beiträge zur Entzifferung der lykischen Sprachdenkmale I 1874; II 1878
46. M. Schmidt, Censura libelli prioris Savelsbergii, Jenaer Literaturzeitung 1874 p. 644
47. Hübschmann, Censura libelli posterioris Savelsbergii, Jenaer Literaturzeitung 1879 p. 61 sqq.



48. J. Savelsberg, Abriss der lykischen Grammatik, Verhandlungen der 29. Versammlung deutscher Philologen und Schulmänner in Innsbruck 1875 p. 201 sqq.
49. M. Schmidt, Commentatio de inscriptionibus nonnullis Lyciis, Festschrift für M. Seebeck 1876
50. F. Lenormant, Alphabetum, Dictionnaire des antiquités grecques et romaines par Daremberg et Saglio I (1877) 188 sqq.
51. K. O. Müller, Die Etrusker, neu bearbeitet von W. Deecke II 1877 p. 523 sqq.
52. M. Schmidt, Lykische Studien, Zeitschrift für vergleichende Sprachforschung XXV (1881) 441 sqq.
53. M. Schmidt, Commentatio de columna Xanthica 1881
54. Isaac Taylor, The alphabet II 1883
55. Reisen im südwestlichen Kleinasien I 1884 (O. Benndorf und G. Niemann, Reisen in Lykien und Karien); II 1889 (E. Petersen und F. v. Luschan, Reisen in Lykien Milyas und Kibyratis)
56. C. Pauli, Eine vorgriechische Inschrift von Lemnos 1886
57. A. Kirchhoff, Studien zur Geschichte des griechischen Alphabets 4 1887
58. J. P. Six, Monnaies lyciennes 1887 (Extrait de la Revue numismatique 1886—1887)
59. O. Treuber, Geschichte der Lykier 1887
60. W. Deecke, Lykische Studien I II III IV, Beiträge zur Kunde der indogermanischen Sprachen herausgegeben von A. Bezzenberger XII (1887) 124 sqq.; 315 sqq.; XIII (1888) 258 sqq.; XIV (1889) 181 sqq.
61. W. Deecke, Nasale sonanten im Lykischen, Beiträge zur Kunde der indogermanischen Sprachen herausgegeben von A. Bezzenberger XIII (1888) 132 sqq.
62. W. Deecke, Zur Deutung der Stela Xanthica, Berliner philologische Wochenschrift 1888 p. 827 sq.
63. J. Imbert, Notes on the writings of the Lycian monuments, A: The Lycian writing, The Babylonian and Oriental Record II (1888) 210 sqq.; 279 sqq.; III (1889) 252 sqq.; V (1891) 105 sqq.
64. A. H. Sayce (Imbert), The ancient history of Lykia, The Academy 1889 I 329
65. J. Imbert, Lettre au directeur du Muséon, Le Muséon VIII (1889) 132 sqq.
66. J. Imbert, Les études d'épigraphie lycienne depuis 1820 jusqu'en 1888, Le Muséon VIII (1889) 319 sqq.; 419 sqq.; 617 sqq.; IX (1890) 484 sqq.; 584 sqq.
67. J. Imbert, Sur deux tombeaux lyciens, Revue archéologique XV (1890) 129 sqq.
68. J. Imbert, Lettre à M. Georges Perrot, Revue archéologique XV (1890) 308
69. J. Imbert, Pharnabazus and Tissaphernes mentioned on the great stela of Xanthus, The Babylonian and Oriental Record IV (1890) 153 sqq.
70. C. R. Conder, The Lycian language, The Academy 1890 I 67 sq.
71. W. Arkwright, The Lycian language, The Academy 1890 I 104
72. W. Arkwright, On a Lycian inscription, The Babylonian and Oriental Record IV (1890) 176 sqq.
73. W. Arkwright, Vocalic harmony in Lycian, The Babylonian and Oriental Record V (1891) 49 sqq.
74. J. Imbert, On Lycian decipherments, The Babylonian and Oriental Record V (1891) 142 sqq.
75. W. Arkwright, Some Lycian suffixes, The Babylonian and Oriental Record V (1891) 185 sqq.
76. C. R. Conder, The Lycian language, The journal of the royal Asiatic society of Great-Britain and Ireland 1891 p. 607 sqq.
77. J. Imbert, La ville d'Antiphellus et un passage d'Hérodote, Le Muséon X (1891) 261 sqq.
78. J. Imbert, Lettre sur quelques noms propres de la stèle Xanthienne, Le Muséon X (1891) 270 sqq.
79. O. Benndorf, Anzeiger der philosophisch-historischen Classe der kaiserlichen Akademie der Wissenschaften in Wien 1892 XVIII
80. E. Babelon, Les Perses Achéménides les satrapes et les dynastes tributaires de leur empire Cypre et Phénicie 1893
81. A. H. Sayce, The Karian language and inscriptions, Transactions of the society of biblical archaeology IX (1893) 112 sqq.
82. J. Imbert, Études d'histoire lycienne, Le Muséon XII (1893) 235 sqq.
83. J. Imbert, The Lycian Teburselis, The Babylonian and Oriental Record VI (1893) 185 sqq.
84. J. Imbert, On two Lycian inscriptions, The Babylonian and Oriental Record VII (1894) 87 sqq.
85. J. Imbert, Some results of Prof. Benndorf's last visit to Lycia, The Babylonian and Oriental Record VII (1894) 161 sqq.
86. J. Imbert, L'épigramme grecque de la stèle de Xanthe, Revue des études grecques VII (1894) 267 sqq.
87. J. Imbert, Les termes de parenté dans les inscriptions lyciennes, Mémoires de la société de linguistique de Paris VIII (1894) 449 sqq.
88. J. Imbert, Une épitaphe Lycienne, Mémoires de la société de linguistique de Paris IX (1895) 192 sqq.
89. J. Imbert, De quelques inscriptions lyciennes, Mémoires de la société de linguistique de Paris X (1896) 24 sqq.; 207 sqq.
90. R. Heberdey und E. Kalinka, Bericht über zwei Reisen im südwestlichen Kleinasien, Denkschriften der kaiserlichen Akademie der Wissenschaften in Wien XLV 1 (1896)
91. P. Kretschmer, Einleitung in die Geschichte der griechischen Sprache 1896
92. R. Thurneysen, Zur Umschreibung des Lykischen, Zeitschrift für vergleichende Sprachforschung XXXV (1897) 221 sqq.
93. G. F. Hill, Catalogue of the greek coins of Lycia Pamphylia and Pisidia 1897
94. S. Bugge, Lykische Studien I, Videnskabselskabets Skrifter II Historisk-filosofisk Klasse 1897 n. 7
95. A. Torp, Lykische Beiträge I II, Videnskabselskabets Skrifter II Historisk-filosofisk Klasse 1898 n. 4; 6
96. E. Kalinka, Zur historischen Topographie Lykiens, Festschrift für Kiepert 1898 p. 161 sqq.; Jahreshfte des österreichischen archäologischen Institutes III (1900) Beiblatt 37 sqq.
97. S. Bugge, Zur Xanthos-Stele, Festschrift für Otto Benndorf 1898 p. 231 sqq.
98. H. Pedersen, Lykisk, Nordisk Tidsskrift for Filologi, Tredie Raekke VII (1898) 68 sqq.
99. G. Fougères, De Lyciorum communi 1898
100. R. Heberdey, Eine zweisprachige Inschrift aus Lykien, Jahreshfte des österreichischen archäologischen Institutes I (1898) 37 sqq.
101. U. Köhler, Zur Bilinguis von Isinda in Lykien, Jahreshfte des österreichischen archäologischen Institutes I (1898) 212 sqq.
102. W. Arkwright, Über das lykische Alphabet, Jahreshfte des österreichischen archäologischen Institutes II (1899) 52 sqq.
103. V. Thomsen, Études lyciennes I, Extrait du bulletin de l'académie royale des sciences et des lettres de Danemark 1899
104. S. Bugge, Einige Zahlwörter im Lykischen, Indogermanische Forschungen X (1899) 59 sqq.
105. H. Pedersen, Mere om Lykisk, Nordisk Tidsskrift for Filologi, Tredie Raekke VIII (1899) 17 sqq.
106. E. Kalinka, Die neueren Forschungen in Kleinasien, Neue Jahrbücher für das klassische Altertum III 1899 p. 665 sqq.



I DE STVDIIS LYCII

Centum anni nondum praeterierunt, ex quo primi Lyciae linguae tituli e tenebris, ubi plus duo milia annorum latuerant, in lucem euocati sunt. etenim primus quem quidem sciam J. ab Hammer Austriacus anno 1811. duos titulos Telmessios (1. et 2. huius editionis) hominibus doctis proposuit, quibus addidit titulum Caricum (151.). unus ex his titulis (2.) eodem fere tempore anno 1813. iterum apparuit in commentariis Clarkii. post quem Beaufort et Cockerell oram Lyciae anno 1812. peragrantes quinque alios titulos (4. 66. 67. 117. 123.) descripserunt, quos Walpole 1820 edidit. inter eos cum esset unus duabus linguis et Lycia et Graeca inscriptus (117.), quo interpretatio optime niti posset, complures iam docti uelut Letronne Saint-Martin Grotefend illis explicandis operam dederunt. neque male eis rem successisse confitendum est. nam non solum multas litteras recte definiuerunt, sed etiam uerba, quibus forma sollemnis titulorum sepulcralium continetur, sagaciter interpretati et persecuti sunt.

Magis autem haec studia prouecta sunt itineribus quae Fellows et paulo post eum Spratt Forbes Daniell susceperunt, quorum ille 29, hi 36 titulos Lycios descriptos domum rettulerunt. cum uero Daniell, qui unus ex eis litteris antiquis imbutus erat, in itinere ipso mortuus esset, hanc omnem illi copiam Sharpio excutiendam tradiderunt; itaque Sharpe iam non minus 61 titulos commentatus est. ac ne his quidem omnia contineri, quae Fellows et Daniell descripserant, inde apparet, quod in libro Londinensi a Birchio manu scripto nonnulla insunt, quae numquam edita sunt uelut huius editionis 33. 49. 50. longissimum uero illum titulum, quo inscripta est columna quam uocant Xanthia (44.), Fellows pro sua parte, ut erat antiquitatis primo paene ignarus, satis diligenter edidit. iam ante hos Anglos anno 1835. Texier Francogallus in Lyciam uenerat ibique depinxerat quattuor titulos Myrenses linguae Lyciae totidemque Antiphellios, sed eorum editio tardabatur usque ad annum 1849.

II DE HAC EDITIONE

Iam quo modo haec editio sit instituta, breuiter exponam. ac primum quidem quam maxime potui id spectavi, ut non nudus titulus sed totum monumentum siue ipsum adumbratum siue uerbis descriptum oculis proponeretur. et uerba, quibus quisque ea quae uiderat in scidis descripsit, ipsa qualia inueni recepi neque in Latinum ea conuertenda esse censi, ne quid genuini eis detraheretur. tituli autem omnes praeter 3. 13. 33. 42. qui nostris temporibus non iterum reperti sunt et 80. ad quem sine amplissimo operis apparatu adscendi non potuit ex ipsis ectypis redditi sunt, quorum plurima Heberdey amicus et ego, pauca I. Jüthner I. Zingerle H. Riedl delineauerunt. in hac opera ut eis quoque ectypis uti possemus quae Schoenborn in Asia minore sumpserat, Augustus Wilmanns praefectus bibliothecae regiae Berolinensis, in qua deposita sunt, nobis ea qua officio fungitur liberalitate concessit.

Quibus uero titulorum locis litterae ita uiolatae sunt, ut in ectypis eorumque imaginibus minus clare quam in saxo ipso perspicere possint, ea quoque addenda erant, quae ex saxo descripta sunt. atque harum lectionum praeter ceteras habui rationem, cum quemque titulum Latinis litteris transscriberem. in quo negotio iterum atque iterum ad ectypa inspicienda recurri, quo certiores redderem scripturas meas; et illas uoculas, quas per se stare posse constat, in scribendo separavi uelut $\Lambda\Lambda\ \Lambda\Lambda\ \text{TE}\ \Lambda\Lambda\ \text{ET}\Lambda(\text{NE})$, nisi pro parte uerbi maioris habendae esse uidebantur aut cum eis quae secuntur siue per crasim siue littera I interposita siue prima littera nasali alterius uerbi duplicata ($\Lambda\Lambda\text{E}\Lambda\Lambda$) coaluerant. ut in hac re multa relinquenda erant in dubio, ita in supplendis uerbis extrema usus sum cautione et continentia. nec minus parcus fui in commentario, quo nisi ea quae de quoque titulo satis certo proferri possunt non recepi. sed nimium quam parum praebere malui in adferendis libellis et disputatiunculis earumque locis quibus de quoque titulo agitur, ut qui res singulas persequi uellet in promptu haberet.

Interea uir ille, cui haec studia plurimum debent, alterum iter Lycium confecit alterum praeparauit, dico Iulium Augustum Schoenborn Posnaniensem, cuius uitam pari pietate atque elegantia descripsit O. Benndorf (Das Heroon von Gjölbaschi-Trysa 3—18). ille igitur, quae admiranda cum industria et adsiduitate extremis pressus angustiis aut solus aut Loewio comite conlegerat, praematura morte abreptus non ipse potuit in publico proponere; sed hoc negotium hereditate quadam Mauricio Schmidt obuinit, qui omnes titulos sibi notos corpore illo quod inscribitur 'The Lycian inscriptions after the accurate copies of the late Augustus Schoenborn' anno 1868. complexus est — insunt autem in eo 78 inter se diuersi praeter nummos — et praeterea plures melioresque quam tum alius quis commentationes de eis conscripsit. non enim sunt tanti quae Lassen et Blau atque etiam Savelsberg ad sermonem Lycium intellegendum contulerunt.

Cum igitur hi docti non multo plus octoginta titulos Lycios cognouissent, numerus ille expeditionibus Austriacis, quae Benndorfio auctore et duce 1881 1882 1892 deinde nomine principis Ioannis de Liechtenstein 1894—1898 factae sunt, prope duplicatus est. quarum expeditionum ex parte fructum iam percepit Deecke, qui 1887—1889 non pauca de illa lingua obscurissima subtiliter inuestigauit. optime uero de noua litterarum materia merebantur Arkwright, qui ipse quoque aliquoties in Lyciam proficiscebatur, et Imbert, qui horas quibus uacat a munere suo publico ad hoc studiorum genus magna cum laude impendere conueuit. nuperrime autem hanc rem grammatici Norwegi et Dani adgressi sunt, Bugge Torp Thomsen Pedersen, ac Thomsen in primis quasdam particulas orationis uia ac ratione definiuit. denique ut de ceteris Asiae minoris linguis ita de Lycia copiose egit P. Kretschmer, quem studiorum communione nobiscum coniunctum esse laetamur.


Si porro quaeras, quo ordine titulos disposuerim, oppida Lyciae ab occidente ad orientem progrediens persecutus sum et in singulis oppidis quantum potui ordinem corporis Schmidtianum et libri qui inscribitur 'Reisen im südwestlichen Kleinasien' retinui, quo facilius quisque titulus reperiri posset. praeterea in tabula subiecta numeros titulorum, quippe qui alii sint in alia editione, inter se conlatos habes.

Indice autem uerborum, quem duplicem esse uolui sicut apud Schmidium, qui in unoquoque uocabulo et ueri et uersi litterarum ordinis rationem habuit, ea solum uerba recepi, quae magis minusue integra seruata sunt; atque eis tantum, quibus quid significetur certum est, hoc adscripsi. neque inutile esse duxi ea uocabula, quae in titulo Antiphellio 55. et in latere occidentali et lateris septemtrionalis parte inferiore tituli Xanthii 44. inueniuntur, obliquis numeris discernere, quia illorum sermo omnino peculiaris est. ea uero, quae in nummis leguntur, Heberdey addidit litteris 'num' adpositis.

Denique in tabula Lyciae, quam Heberdey ad exemplum Kiepertii redegit eis usus quae in itineribus suis adumbrauerat, id quod infra fusius disseret, suapte natura nondum omnia perfecta et absoluta esse ipse admoneri uult. multo enim maiore et tempore et apparatu opus esset ad imaginem regionis acrius reddendam. at tamen Lyciae formam opera illius multum esse lucratam quis non uidet. et similiter toto hoc libro quamuis tituli Lycii plures, et plerique melius quam adhuc editi sint, tamen haec quoque editio potius pro fundamento habeatur uelim, quo studia aliorum nitantur.

Restat ut magnas omnibus gratias agam qui me in hoc opere perficiendo adiuerunt atque in primis Ottoni Benndorf et Carolo Schenkl praeceptoribus carissimis qui in plagulis corrigendis opera consilio labore numquam mihi defuerunt.





causa aperta, id quidem constat semper fere consonam quae consonam sequebatur duplicatam esse. quo praecepto minus adstrictae sunt primum litterae nasales, cum neque post eas duplicentur consonantes neque nasales ipsae ante consonantes aut in fine uerborum duplicentur, deinde litterae B et A quae fere non duplicantur nisi post P. numquam autem duplicatae esse uidentur litterae M et N pro quibus duplicatis XM et EN

scribebatur, + praeter unum locum PAB++VTE (11.) ubi ++ perperam scriptum esse omnes consentiunt, K O W I F P quae (praeter P et O) numquam post consonantes leguntur. hae normae etsi nonnumquam ac maxime in titulis non uere Lyciis (44. et 55.) neglegebantur, tamen in uniuersum tantum ualebant, ut etiam ubi complures consonantes inter se excipiebant observarentur uelut in ΔΑΡΥΣΣΧΑΡ.

VI DE INTERPVNCTIONE

Pauca de interpunctione dicenda sunt. etenim Lycii ad uocabula disiungenda binis punctis uti solebant; nam ternorum punctorum, quae leguntur in titulo 12., punctum medium casu potius quam consilio ortum esse uidetur. neque uero ullam curam lapidarii Lycii ad hanc rem adhibuerunt, immo tum medio uocabulo puncta inculcauerunt tum plura deinceps puncta omiserunt, ut praeteream uoculas uelut *SA TE* num-

quam punctis separatas. accedit quod ipsa puncta facilius et magis quam litterae per tot saecula detrimenta ceperunt. sunt porro tituli qui punctis omnino careant, in quibus uerba aut nullo aut paruo intervallo relicto continuantur. denique dignum est quod commemoretur signum λ, quod in titulo 55. et in extrema parte tituli 44. eisdem fere interuallis positum est.

VII DE NVMERIS

Numerorum signa haec inueniuntur: I - (Λ) O. quorum primo unitatem significari certum est. neque minus est certum alio illorum signorum pentadem significari, quia nusquam quinque aut plures lineae

rectae ponuntur. num autem re uera ut quidam uoluerunt signo O decas, signi dimidio (Λ) pentas significetur, in dubio relinquere praestat.

VIII DE ORIGINE ALPHABETI LYCII

Hic est locus de alphabeto Lycio disserendi, quo modo ortum quoque modo propagatum sit. ac primum quidem luce clarius est Lycios non a Phoenicibus neque a Cypriis litteras accepisse sed a Graecis. omnes enim eorum litterae aut ipsae sunt Graecae (P B Γ uel γ — leniter mutatum e Γ — Δ E F I I K Λ M N O P P S T + V Ξ X) aut e Graecis satis facile puto possunt duci (A ex A, ψ ex ψ, φ ex φ, * ex k, φ ex φ, ω ex M, x ex Θ?, w ex T?); nam per se patet litteras alienas, a quacumque Lycii gente mutuati sunt, non tanto opere concinuisse cum uocibus singulis Lyciorum, ut non opus esset mutare et nouare ad eas uoces significandas, quae aut aliquo modo differrent aut omnino diuersae essent. quod si quaeras a qua potissimum gente Graeca litteras sumpserint, gutturalis soni litterae V in primis ratio habenda est; et uix interest, utrum de colonis Doribus qui fere omnes e Rhodo in Lyciam uenerant cogitare malis, an ex ipsa Rhodo

quacum frequens habebant commercium Lycios litteras repetiisse statuas. quae res utut est, ad Rhodias litteras referendae esse uidentur Lyciae. Rhodii enim non solum propter propinquitatem loci facillime Lycios arte scribendi instituere potuerunt, sed etiam tali alphabeto utebantur,* e quo Lycium commodam habeat explicationem. nam Rhodi inerat in V uis gutturalis; + illum sonum habebat spirantem gutturalem, qui in ξ audiebatur consociatus cum σ; et similiter + apud Lycios sonuisse uidetur, qui litteram □ repudiauerunt, quippe qua apud Rhodios et h et ē significaretur; deinde quod Rhodii ut omnes Graeci signo X non propriam sed eandem quam + uim tribuerant ita ut superuacaneum esset, et quod Ξ quamquam in numero litterarum tamen non in usu habebant, intellegitur qui factum sit ut Lycii haec signa singulari illa ui (m n) instruerent; denique sicuti Rhodii ξ et ψ non singulis litteris significabant, Lycios VSS et PPS scripsisse constat.

IX DE SONIS MVTATIS

Hac quaestione absoluta una restat difficultas. mirum enim est, quod pars litterarum e quibus tituli Lycii constant aliam habet uim atque apud Graecos: E i O u (Ξ n X m) k c V k P post nasales b T post nasales d l j. ego uero non dubito, quin haec differentia ita sit explicanda, ut paulo post alphabetum receptum quosdam sonos mollitos uel aliter mutatos esse statuamus. quod Kretschmer demonstrasse mihi uidetur de litteris nt, quae tum apud omnes fere gentes

Asiae minoris in nd abierunt. siue autem illam sententiam comprobas siue non comprobas, summam sonorum Lyciorum non mediocriter a Graecis differre manifestum est. namque diphthongi satis erant rari apud Lycios, et adspiratione explosiuarum omnino caruisse uidentur; sed uocalibus V et φ, nasalibus Ξ et X, litteris * ω ψ Graecos superauerunt.


X DE AETATE SCRIPTVRAE LYCIAE

Neque, quo minus illam sententiam accipias qua sonos paulatim mutatos esse ponitur, obstat, quod in nullo titulo uis litterarum Graecarum genuina conspicitur. breui enim tempore mutatio illa euenire potuit et iam finita esse, antequam litterarum usus tam late patuit, ut tituli sepulcrales in saxis scriberentur. atque adeo ueri simile est tempus, quo Lycii scribere coeperunt, non tanto spatio separatum esse ab antiquissimis titulis. namque formae quarundam litterarum recentiores ut E Λ M N (N autem Lycii ipsi in N inmutauerunt) P, uersus semper

ad dexteram decurrentes, aequabilitas scripturae satis firma sunt argumenta, e quibus potius post quam ante annum 600. scribendi artem ad Lycios peruenisse concludas, nisi forte credis omnia haec postea rursus Lycios a Graecis didicisse itaque easdem simul uices Graecam et Lyciam scripturam subisse, cum solae litterarum P et S formae antiquiores pertinacia quadam retinerentur. atqui tituli, praesertim si Graeca uerba et ectypas imagines quae una cum eis in eisdem monumentis insculpta sunt spectas, omnes saeculis quinto et quarto orti esse uidentur,

* Praeter libros notissimos Kirchhoffii Reinachii Robertsii Larfeldii conferas C. Smith, Vases from Rhodes with incised inscriptions (The Journal of Hellenic studies VI 371 sqq.); S. Selivanov, Inscriptions Rhodiae ineditae (Athen. Mit-

theilungen XVI 107 sqq.); F. Duemmler, Zu den Vasen aus Kameiros (Jahrbuch VI 263 sqq.); P. Kretschmer, Die sekundären Zeichen des griechischen Alphabets (Athen. Mittheilungen XXI 410 sqq.).



Litterae	Saint-Martin	Grotefend	Sharpe	Chodzko	Lassen	Blau	Schmidt	Savelsberg	Lenormant	Hübner
Ⓐ	α	(æ) ǣ	ā	e	ǣ	α	α	a	ǣ	
Ⓜ	α	i; ä	ē (initio uerborum ŋ)	ia	ē	ε	e	ā	ē	
B b	β	b, w BB ō	ō (oū), w BB ō	v	w BB ô	b δ B β, w BB ou	b	b	v BB ō	β (s)
ω						σ (= sch?)				
γ γ	υ		g, j (?)		c	j	g; v, u	g? v	c	γ (sp)
Δ	δ	d	d	d	d	δ	d	d	d	δ (sp)
E	ε	(i) ě	ě	é	ě	ε	i	i	ě	
F	f	f	f	b	b.	φ	bh, f; v	v	b	
I	ξ	z	z	z	z	ζ	z	z	z	
ⓧ		g?	ch, k	kh		χ	th	t'	b	ⓧ (sp)
ι	ι	j; i	i, y (= j)	i	i, y	ι	j	j	i	
κ	κ	k	k	k	k	κ	k	k	k	
Ⓢ		ō	ū (oū), w **= BB=ō	j	w ** ô	ou, v * χ (h?)	ū, v; w	w	v, ō	
Λ	λ	l	l	l	l	λ	l	l	l	
μ	μ	m	m	m	m	μ	m	m	m	
ν	ν	n	n	n	n	ν	n	n	n	
Χ		ā	ǣ		ā	α (= ā)	ā (= am)	ā (= am)	ā	M
Ξ	η	ē	ī	ie	ī	η, i	ī (= in)	ī (= in)	ī	✕ M
ο	ο	ō	ō	o	ō	ο	o; u	u	ō	N
Ⓟ	π	p	p	p (h)	p	π	p	p	p	ET N
ο			ō			ο				P
ρ	ρ	r	r	r	r	ρ	r	r	r	✕ M
σ	σ	s	s (sh)	s	s	σ	s	s	s	
τ	τ	t	t	t	t	τ	t	t	t	
ω										ET Nd
ⓈⓈⓈⓈ		ū e; ū	ū ū (ū?)	ou	ū	ω	u; ū (o)	o (φ ω)	u	δ
ⓈⓈⓈⓈ	α	ȳ, ū	ū		ū					
+	φ	ch (sh); ī	ū, oū w (h?)		ū, v	φ	h'	h	ū, f	h
ⓈⓈⓈⓈ	χ	ch; g	g	g	g	γ	kh; g	k'	g	χ (spirans)

Si quis doctus sententiam de significatione litterarum mutauerat, uarias eius interpretationes semicolo quod uocant disiunxi.

Taylor	Deecke	Imbert	Conder	Thurneysen = Imbert praeter:	Hill	Bugge = Imbert praeter:	Thomsen	Arkwright	Pedersen	Kalinka
a	a	a; ā; a	ā		α		a	a	a	a
e	ä	ä; ē; e	ä		ä		e	ä	e	e
	b	b	b, v („semi-vowel“)		β	v spirans lab.	b	b	b (= v)	b
		sh?	ch („soft“)			M		b		β
	χ? v, u, u	χ? v; q; g	g, ū		γ		g	g (k)	g	g
	d	d	d		δ		d	d	d	d
	i (e)	i; ī; i	ě, i		ι		i	i	i	i
	v	f (f); v	v		ν	w	v	w	v (= w)	w
	z	z	z (s') II z		z		z	s (sh?)	z	z
h	θ	θ; th	th		θ?	θ	θ	th	θ	θ
	j; i	j; y (i); y	ī		ι cons.		y	y	y	j
	k	k; c	k		κ	k	k	c	k (c)	c
w	w; u	v; g; k	w			q	q	h, hw	q	q
	l	l	l		λ		l	l	l	l
	m	m	m		μ		m	m	m	m
	n	n	n		ν		n	n	n	n
	(a) m̃	m̃; m̃; m̃	ā	m̃	m̃	m̃	m̃	m̃	m̃	m̃
	(i) ñ	ñ; ñ; ñ	añ	ñ	ñ	ñ	ñ	ñ	ñ	ñ
	u (o)	u; ū; u	ō (u, ā)		υ		u	u	u	u
	p	p	ph, f rr = r p		π		p	p	p	p
	q							= k		κ
	r	r	r		ρ		r	r	r	r
	s	s	s, sh		σ		s	s	s	s
	t	t	dh TT t		τ		t	t	t	t
	= φ	f; t					T	t	T	τ
	ū	∇ ō ∇ ū } ou, ô; ∇ un ∇ on } ā; o	ū	ā, a	ā	ā	ā	ā	ā	ā
	ô, ô	∇ ōn, œ } o; ē ∇ y ū ∇ ō }	ô	ē, e	ē	ē	ē	ē	ē	ē
	h	h	h				h	h	h	h
	χ-g	sch; χ; q	kh	χ	∇ x ∇ χ	χ	χ	k	χ	k

quibus saeculis nummi quoque Lycie inscripti sunt percussi. quod confirmatur summa et litterarum et totius scripturae ductus similitudine omnium fere titulorum communi, quae perquam esset mira, si per plus duo saecula pertinerent tituli. accedit quod consentaneum est Alexandri

Magni aetate sermonem Lycium Graeco superatum et extinctum esse, quam ob rem Strabo uel eius auctor iam nullam eius mentionem facit cum dicit XIV 4 17 (p. 631) τέταρσι δὲ γλώτταις ἐχρῶντο οἱ Κιθυράται τῇ Πισιδικῇ τῇ Σολύμων τῇ Ἑλληνίδι τῇ Λυδῶν.

XI DE VOCABVLIS ET FORMIS LYCIIS

Minora etiam quam de litteris Lyciis proferri possunt de formis. quarum paucae satis certo adhuc iudicatae et definitae sunt, quia parum perspecta est sententia titulorum omnium. nam rectissime Arkwright BOR V 187 ait: „The bilingual inscriptions are the beginning and end of our certain knowledge.“ ex his titulis et Lycie et Graece simul conscriptis (6. 23. 25. 32. 45. 56. 117.) praeter nomina propria haec uocabula cognoscuntur:

ex titulo 6. (Lewissi)

ΛΒΨΞΗΨ ΕΤΑΤΥ	τοῦτο τὸ μνημα (acc.)
ΡΞΗΡΑΥΤ*	ἐργάσαντο
ΣΑ	καί
ΡΞΗΛΙΕΙΑ+Ε	οἰκεῖται
+ΡΡΓΕ ΛΡΔΡ ΑΤΤΑ+Α	ἐπὶ ταῖς γυναῖξιν ταῖς ἑαυτῶν
ΣΑ ΤΕΔΛΕΜΑ	καὶ τοῖς ἐγγόνοις
ΣΑ ΕΙΑ ΤΕΣΑΡΕ (= ΤΕ ΛΣΑΡΕ)	καὶ ἂν τις ἀδικήσῃ τὸ μνημα τοῦτο
ΤΡΔΕ ΤΕΚΑ ΕΤΑΤ[.] ΛΒΑ+Ε	

ex titulo 23. (Tloe)

ΡΞΛ[ΡF]ΑΤΥ	κατεσκε[υάσα]το
Ρ[ΤΛΕ Α]+ΒΕ	ἑαυτῶν

ex titulo 25. (Tloe)

ΤΟ+ΑΣ	ἀδελφιδῶς
ΑΤΡΟ Α+Β[Ε]	ἑαυτῶν
ΣΑ ΑΡΔΟ Α+ΒΕ	κα[?] τῇ γυναικί

quae autem praeterea docti inuestigare conati sunt titulis Lyciae Graecis sepulcralibus cum Lyciis conlatis uel aliis rationibus adhibitis, fere omnia admodum dubia sunt. sed id quidem constat Lycios et nomina et uerba declinasse et numerum pluralem a singulari, casus quattuor uel plures, tempora praesens et praeteritum singulis uerborum formis discreuisse; articulum autem non habuisse, genera nominum non distinxisse uidentur.

ΚΒΑΤΡΟ

ΤΟ+ΑΣΕ

θυγατέρ[α]

ἀδελφιδῆν

ex titulo 56. (Antiphelli)

ΛΒΨΞΗΨ ΡΞΗΥΦΟ	τοῦτ' τὸ μνημα (acc.)
ΡΞΗΡΑΥΤ*	ἐργάσαντο
+ΑΡ+ ΤΕΔΛΕΜΕ	Λᾶ (υἱός)
+ΡΡΓΕ ΛΡΔΕ Α+ΒΕ	γυναίκε
ΣΑ ΤΕΔΛΕΜΑ Α+ΒΕΙΑ	καὶ τέκνοις
ΣΑ ΕΙΑ ΤΕ ΑΔΕ ΤΕΚΑ ΜΨΤΨ (=?)	ἂν δέ τις ἀδικήσῃ ἢ ἀγοράσῃ

ex titulo 117. (Limyris)

ΛΒΛΕΙΑ ΑΡΡΑΡΕΙΑ	τὸ μνημα τότε (acc.)
ΡΞΛΡΑΥΤ*	ἐποίησατο
ΤΕΔΛΕΜΕ	υἱός
+ΡΡΓΕ ΑΤΛΕ Α+ΒΕ	ἑαυτῶν
ΣΑ ΑΡΔΕ Α+ΒΕ	καὶ τῇ γυναικί
ΣΑ ΤΕΔΛΕΜΕ	καὶ υἱῶν

XII DE NOMINIBVS

In nominibus igitur has terminationes cognoscimus:

nom. sing. Α	Ε	Ο	Σ(+)
gen. sing. Α+(Α)	Α+(Α)	Ο+	
dat. sing. Ε uel ΑΛ	Ε uel ΑΛ		
acc. sing. Ψ uel Ο uel Α	Ε (uel ΕΙΨ?)		ΣΞ(+Ξ)
nom. plur. Α+Ε(?)	Ε uel ΕΙΑ(Α)+Ε(?)		
dat. plur. Α	Α uel ΕΙΑ		
acc. plur. ΑΣ (alias ΑΙ)	ΕΣ (alias ΕΙ) uel ΕΙΑ(Α)+ΕΣ(?)		

Terminationes genetiui quas protuli et terminationes ΑΛ uel ΑΛΑ solis in nominibus propriis usurpatae esse uidentur. inter terminationes autem genetiui eae, quae augentur uocali Α, antiquiores habentur, quia littera + uocabula Lycia terminari non solent. eis uero genetiui

formis, quae in + cadunt, in duobus titulis (54. et 149.) ϕ littera additur, quae sola inuenitur pro + in 69. titulo. deinde commemorandum est ex genetiuis, quasi sint nomina noua (adiectiua possessiua), accusatiuos duci posse ut ΟΡΤΡ*ΕΙΡ+Ξ. tales accusatiui et ipsi genetiui nominibus e quibus pendent praeponuntur. datiu autem forma usurpatur et per se sola et cum praepositione +ΡΡΓΕ. denique formae ΑΙ et ΕΙ non inueniuntur nisi in titulis 55. et parte tituli 44. dialecto propria insignibus.

Praeterea paucis uerbis adtingam terminationes +Ε et ΙΕ, quae non tam ad nomina declinanda quam deriuanda adiungebantur. ac syllaba ΙΕ nominibus locorum addi solebat, ut inde populorum nomina efficerentur ueluti ΣΡΡΑΡΤΑΙΕ Α+ΕΤΑΙΕ, cf. ΡΞΛΛΑΙΕ. terminatio autem +Ε (+Α +Ρ) ut frequentissima est, ita in primis ad adiectiua (possessiua?) deriuanda adhibita esse uidetur; neque uero clarius adhuc de eius ui iudicari potest.

XIII DE PRONOMINIBVS

De pronomibus personalibus plane nihil cognitum habemus, nisi Thomsen recte opinatur ΕΙΑ et ΑΛ formas pronominis tertiae personae encliticas esse atque illam datiu, hanc accusatiui formam. sed plerumque loco pronominis personalis inuenitur substantiuum ΑΤΛΑΡ (ΑΤΛΕ) cum pronomine possessiuo.

Pronomen possessiuum tertiae personae, quod suo nomini semper postponitur, aliud est si ad unum possessorem refertur, aliud si ad plures. illius has habemus formas:

Α+ΒΕ quae plerumque datiuo sed etiam nominatiuo et accusatiuo singularis adponitur

Α+ΒΕΙΑ+Ε

Α+ΒΕΙΑ dat. plur.

Α+ΒΕΣ acc. plur.

huius (quod ad plures possessores referri dixi) nouimus has formas pluralis numeri, quae iuxta datiuos inueniuntur, sed sine dubio aliis quoque casibus adponi poterant:

ΑΒΤΤΑ et ΑΤΤΤΑ

ABTTA+E et ARTTA+E ARTTA+A

praeter has formas tertiae personae nonnulli *ME et *MES pronomina possessiua primae personae singularis esse non sine iure arbitrantur atque illam formam singularis numeri hanc accusatiuum pluralis.

Pronominis demonstratiui permultae formae leguntur, quae omnes ad radicem ABTA redeunt: ABTA ABTA (ABE? in *LABE *LABE *LABE) ABTA ABTA+E ABTA+* ABTA+* ABTA+* (hoc semper sine substantiuo) ABTTA ABTA+* ABTA+* ABTA+* (hoc semper coniunctum cum substantiuo *ABTA+E quod antecedit) denique forma frequentissima accusatiui singularis ABTA+* (ABTA+* ABTA+* ABTA+*).

XIV DE VERBIS

Verborum terminationes notissimae sunt PTA (ATA) uel PT* (AT*) pro 3. pers. sing. ind. praet. (med.?) et VTA (VTA) uel VT* (VT*) pro 3. pers. plur. ind. praet. (med.?): quarum exempla sunt in titulo 23. PPEVFFATY κατεσκευάσατο, in 56. PPEVFFATY ἐργάσατο, in 117. PPEVFFATY ἐποίησατο, in 6. PPEVFFATY ἐργάσατο. quid autem inter eas formas quae in TA et eas quae in T* cadunt interesset, Imbert primus adsecutus est et post eum Thomsen uberius exposuit. qui consentiunt TA scriptum esse, si subiectum uerbo praedicatiuo in eodem periodi membro antecessit, quibus locis subiecto TE (uelut in titulo 99. POPE+EMATE = qui POPE+EMATE est uel uocatur) aut NA (in titulo 133. VETAPVNA) adnecti solebat, numquam MA uel uocula cum MA composita legitur; ceteris uero locis, quibus subiectum si modo propria uoce exprimitur uerbo praedicatiuo succedit et hoc uerbum in T* cadit, semper aut MA (MAE MATA MATE MAETE M*TE MANA M*NA), quae particulae leguntur si aliud enuntiatum siue secundarium siue primum aut certe eiusdem enuntiatum pars antecessit, aut SA (SAE S* SATA SATE SANNA S*NA) praegreditur.

XV DE NECESSITVDINE LYCIORVM CVM ALIIS NATIONIBVS

 . . . i [a] . rala mu[w]a) kzzātāpe trqqi[z
 45 t]rmmile zñpde ese ti kerigazn epeqzz .
 trppalau ripssedi prlleli cedipe nñt[ē-
 nē eprice ziti calu) . [e]sātñniu qñtbē
 uwaka mlati wzza ijesi mewelpumi mrββ-
 di pttilice kusttice qidralace pen[e
 50 ziu sucredi cibe pasbu) urttu qeli d[e]-
 li cibe mei perepñ nestte mlati kbā . . .
 siz tuwemedi lijendwez muwakā ppe . . .
 zi cibe prukssirbbinezis) me kerī . . .

zñ mqrē sebe pigasa sebuwedri ural[
 55 me ne uwe lāte ripsse ēmu me uwe āzisze
 kuzruwāta eim wakssa) atlasī neburēni
 trēmilijetī ripsse tñpewēti sebei te
 sēcēne māmre cebure medutu lusaliya
 zēna nuniti kruwasaz) meqliju kupeliju
 60 sebe lijeiz ddelupeliz ni uwe lugātu sm-
 mēte ccleime qñtili uwe plluwi mlukkāt-
 i tune wñni) mewēnē trēmiliya cñmasadi
 sladipe qelesiya uni tēpe urtuz marāz
 trbbēni ti ne cñmēti punāmadedi asānām-
 65 la) kumalade nēnijeti maskkñtije qzze
 mirēñne kina sice sesi mqrī cebura sebē-
 ne sice tede sice kugasi kñtawaza) mire c-

edije qñtra ilēnedije tñqrisñte maskkñ
 kupdidu qiglēniredi treikali citssel-
 70 . m trisu warasijez kidrasadi) neizce tuwiz
 t[r]mñmile sucři kñtabatu t[e]tu[r]e trqñti

e) duo fragmenta incertae sedis
 quae in latere aut septemtrionali aut occidentali fuisse uidentur

.....	
.... [uw]....	
... i er[i]...	... e...
... rij....	... t[e]..
.....	

Ex imagine titulorum huius sepulcri quam supra p. 40. sq. edidi
 uides eos temporum iniuria in plures partes diremptos esse hasce:

I) longe maximus uersuum numerus superest in ea parte scapi
 pilae sepulcralis, quae hodie etiam in fundamentis suis subsistit.

II) summa autem scapi pars, quae ipsa quoque inscripta est,
 delapsa iuxta iacet. cuius margines inferiores plerisque locis integri sunt
 atque cum marginibus alterius partis superioribus congruunt excepto
 latere meridiano quod totum infractum praeter pauca fragmenta periit.

III) adde quod duodecim fragmenta quorum quattuor angulata
 sunt in thesauro Britannico adseruantur (a 1—7 et d 1—11; a 8—12
 et d 10—17; a 1—4 et b 1—5; b 12—16; c 9—11 et d 9—13;
 c 14—16; c 14—15; c 16—18; d 14—18; d 17—19; e₁; e₂) et
 duo fragmenta (c 15—17 et c 16—17) inter Schoenbornii et nostram
 aetatem interisse uidentur. cum autem Londini etiam totum monumentum
 gypso expressum exstet, Murray et Arkwright in hoc fragmenta illa
 quae Fellows adtulerat denuo in lucem protracta ita inmiserunt, ut
 iam suo quodque loco aut ipsum aut certe gypso expressum conspiciatur.
 duo tantum fragmenta (e₁ et e₂) suis locis tribui non potuerunt.

Huius monumenti exempli gypsei photographias quas uocant et
 fragmentorum ectypa Arkwright nobis subministravit; deinde ectypa
 Schoenborniana quae Berolini seruantur Wilmanns nobis commisit;
 tum 1892 Hula mecum titulos qui quidem adhuc Xanthi exstent charta
 expressit et Arkwright Heberdey ego paulo post contulimus. his
 subsidiis usus Heberdey omnes qui hodie restant monumenti titulos
 in membranarum perlucidis delineauit atque eas litteras quae nisi in
 ectypis Schoenbornianis iam non sunt seruatae (c 15—18) punctis
 distinxit. ego uero in his quoque titulis edendis et transscribendis
 iterum iterumque ectypa nostra examinaui.

Inter homines doctos qui curam atque operam in hos titulos
 contulerunt ei praeter ceteros hoc loco nominandi sunt qui edendi
 officium susceperunt:

I) Fellows, qui Journal 233 monumenti mentionem fecerat, primum
 in 'Lycia' tab. 20. eius titulos edidit superiore parte lateris septem-
 trionalis et paruis fragmentis omissis;

II) idem paulo post (1842/3), cum titulos ex saxo et ectypis
 adcuratius quam antea descripsisset, editionem multo meliorem instituit
 auctam superiore parte lateris septemtrionalis una cum quinque eius
 fragmentis (c 14—18);

III) Schmidt tab. VII 1—4 ectypis Schoenbornii usus („after a
 private cast“) primum textum paene iam omnino emendatum exhibuit;
 quibusdam tamen locis nimis Fellowsii exemplaris nouissimi habuit
 rationem, neque ullum fragmentum addidit;

IV) Savelsberg primus duo fragmenta Londinium translata (b 12—16
 et e₁) addidit. sed plurimorum fragmentorum imago hoc demum loco
 proponitur.


His diuersis igitur editionibus respectis omnia quae de his titulis
 disputata sunt in quattuor partes distribuenda esse uidentur, quo
 facilius perspiciatur e quanam quidque pendeat editione:

I) Fellows, Lycia 168 sq.; 433 sqq.; 491 sqq.; tab. 20; Grotefend,
 Gött. Anz. 1842 p. 146 sqq.; Grotefend, Zeitschrift für die Kunde
 des Morgenlandes IV 284 sqq. et in tabula; Raoul-Rochette, Journal
 des savants 1842 p. 394;

II) Fellows, On a inscribed monument of Xanthus, Transactions of the
 Royal Society of Literature II. ser. I 1843 p. 254 sqq., qui commentarius
 iam 1842 separatim est editus; Leake, Transactions of the Royal Society of
 Literature II. ser. I 1843 p. 256 sqq.; II 1847 p. 27 sqq.; Schoenborn
 et Martin in programme Posnaniensi anni 1843. ('Über einige Flüsse
 Lyciens und Pamphyliens nach Mittheilungen des Prof. Dr. Loew und
 nach eigenen Notizen, vom Oberl. Schönborn') 21 sqq.; Thiersch,
 Münchener Gelehrte Anzeigen XVII 1843 p. 201 sqq.; Franz, Archäo-
 logische Zeitung 1844 p. 279 sqq.; Bergk, Archäologische Zeitung
 1847 Beilage 33* sqq.; Lloyd et Franz ibidem 1848 p. 67* sq;
 Spratt and Forbes II 54 sq. et 220 sq. monumenti mentionem fecerunt
 titulo non addito; Ross 47; Vaux, Handbook to the antiquities in the
 British Museum 1851 p. 161; Fellows, Travels 174; 337 sq.; 417;
 494 sq.; Fellows-Zenker tab. 36; p. 260 sq.; 454 sqq.; CIG III 4269
 et add. et Le Bas-Waddington III 1249 Graeca sola; Fellows, Coins
 15 sq.; Lassen 330; Ritter 1016; 1025; 1036 sqq.; Ulrichs, Ver-
 handlungen der Philologenversammlung 1860 p. 61 sqq.; Bachofen 38;

III) Schmidt tab. VII 1—4; Schmidt, Beiträge V 479; Schmidt,
 Neue lykische Studien 13 sqq.; 129 sqq.; Knötel, Die letzten Trojaner
 und ihr Gedenkstein, Breslauer Zeitung 1872 n. 421; Michaelis, Ann.
 d. inst. 1875 p. 174, 338; Savelsberg, Verhandlungen der Philologen-
 versammlung 1875 p. 203; Schmidt, Commentatio de inscriptionibus
 nonnullis Lyciis 8 sqq.;

IV) Savelsberg II 142 sq.; 168 sq.; 207 sqq.; Kaibel, Epi-
 grammata Graeca 768; Schmidt, Lykische Studien 443; 445; 449 sqq.;



X 263 sqq.; 270 sqq.; XII 238 sqq.; Imbert, *Revue archéologique* XV 1890 p. 129; Conder, *The Academy* 1890 I 68; Conder, *The Journal of the Royal Asiatic Society* 1891 p. 614 sq.; 631 sqq.; *Anthologia Palatina* (Firmen-Didot) III 1 83; Preger, *Inscriptiones Graecae metricae* p. 214; Ernestus Hoffmann, *Sylloge epigrammatum Graecorum* 330; Benndorf, *Anz. Akad. Wien* 1892 XVIII 15; Imbert, *Revue des études grecques* VII 267 sqq.; Imbert, *Mémoires* VIII 459 sqq.; IX 205, 3; 209, 2; 215, 4; 216, 1; 221, 2; 227, 3; X 33 sqq.; 51; 56; 218, 5; Bugge 26; 30 sq.; 33; 43 sq.; 46 sq.; 49; 51 sqq.; Torp I 8 sqq.; II 5 sqq.; Bugge, *Zur Xanthos-Stele*; Pedersen, *Lykisk* 80 sq.; Fougères, *De Lyciorum communi* 13; Heberdey, *Jahreshefte* I 41; Arkwright, *Jahreshefte* II 56; 67; 69; Thomsen 24; 46; 59; Bugge, *Indogermanische Forschungen* X 59 sqq.; Kalinka, *Neue Jahrbücher* III 679; Benndorf, *Jahreshefte* III 98 sqq.

Quamquam identidem et in ectypis et in saxo ipso omnia litterarum uestigia quam diligentissime indagare studui, tamen facere non potui, quin quibusdam locis, qui nunc quidem magis detriti sunt, quam ut certi quicquam de iis statuere audeam, eas lectiones in auxilium uocarem, quae in editionibus prioribus inueniuntur:

Schmidt praebet in u. 6. lateris meridiani $\text{IY}\Delta$: (= $\text{IY}\Delta$), u. 11. in fine: $\text{+P}\Delta$ ex Fellowsio, u. 17. $\text{P}\Delta\text{E}$., u. 21. AEME : et $\text{A}\Delta\text{A}$., u. 29. $\text{V}\text{E}\text{N}\text{P}\text{+}\text{E}$, u. 33. $\text{M}\text{Y}:\text{I}\text{B}\Delta\text{T}\text{Y}$: et $\text{P}\text{P}\text{I}\text{I}\Delta$, u. 34. $\text{Y}\Delta\Delta\Delta\Delta\Delta$., u. 47. $\Delta\text{E}:\text{+}\text{Y}$, u. 48. $\Delta\text{T}\Delta:\text{P}\Delta\text{P}\text{E}$, u. 49. $\text{CII}:\text{O}\Delta\Delta$ e Fellowsio, u. 54. $\text{TOP}\text{P}\text{V}$:

in u. 6. lateris orientalis $\Delta\text{X}\text{M}\Delta\text{E}$., u. 20. $\text{P}\Delta\Delta$, u. 30. $\text{P}\text{E}\text{S}\text{P}\text{P}\text{S}$, u. 32. PIE pro EIE , u. 33. $\text{W}\Delta\text{P}\Delta$, u. 54. in fine $\text{K}\Delta\text{M}\Delta$, u. 56. $\text{I}\Delta:\text{A}\text{+}\text{B}$, u. 64. $\text{E}\text{N}\text{P}\Delta\text{A}$:

in u. 8. lateris septemtrionalis $\text{M}\Delta\text{P}\text{T}\Delta$, u. 14. $\text{M}\Delta\text{E}\Delta\Delta$: (cuius loco Arkwright in exemplari Londinensi $\text{M}\Delta\text{E}\Delta\Delta$ legit, quod iam Savelsberg proposuerat), u. 17. $\text{F}\Delta\Delta\text{Y}:\text{Y}$, u. 59. $\text{TPOE}\Delta\Delta\Delta$

in u. 1. lateris occidentalis $\text{K}:\Delta\Delta\text{X}$, u. 3. $\text{E}\Delta\Delta\text{E}$., u. 23. $\Delta\Delta\Delta\Delta\text{E}$, u. 27. $\Delta\text{Y}\text{P}\text{P}\text{E}\Delta$, u. 29. $\text{P}\text{E}\text{M}\text{E}\text{I}$:

Ceteris locis quibus differt Schmidti scriptura fide digna non est.

Imbert BOR IV 159, 5: „Mr. Arkwright... makes the remark that there never had been any letters engraved between $\text{F}\Delta\text{P}\text{E}\Delta$ and $\text{P}\Delta\text{Y}\text{N}\Delta$ (in u. 12. lateris septemtrionalis), any more than between $\text{K}\Delta\text{+}\text{E}\text{V}$ and $\text{E}\text{T}\Delta$ (u. 13.), between Δ and $\text{P}\text{P}\text{E}\text{T}\text{E}$ (u. 14.), between $\text{E}\text{T}\Delta\text{P}$ and E (u. 15.), between $\text{T}\text{E}\Delta\text{A}\text{E}\text{M}\text{E}$ and $\text{A}\text{+}\text{B}\text{E}$ (u. 16.).“

Imbert BOR V 142 et VII 88 in u. 1. lateris meridiani ante litteras $\text{P}\text{P}\Delta$ optimo iure $\text{P}\Delta$ supplet; et eandem ueri speciem prae se ferunt coniecturae $[\text{K}\Delta\text{P}\text{P}]\Delta\Delta\Delta$ (Imbert) in u. 2. et $[\text{K}\Delta]\text{P}\Delta\Delta\Delta\Delta\Delta$ (Schmidt) in u. 31. eiusdem lateris; minus certum est supplementum a Savelsbergio commendatum $\text{TOME}[\Delta\Delta\text{+}\text{E}]$ a 22; idem recte coniecit a 37 $\text{+}\text{M}\text{Y}[\text{P}\Delta]\text{E}$, b 30 $[\text{P}]\text{P}\text{E}\Delta\Delta$, Schmidt d 44 $\text{TP}\text{M}\text{E}[\text{I}]$, d 50 sq. $\text{M}\Delta\text{E}\Delta[\Delta]\Delta\text{E}$, Savelsberg d 53 sq. $\text{V}\Delta\text{P}\text{E}[\Delta\Delta]\text{I}\text{E}$, Schmidt d 71 $\text{T}[\text{P}]\text{X}\text{M}\text{E}$.

Tres in hac pila sunt inscripti tituli eique omnes (per se quisque) $\sigma\tau\alpha\chi\eta\delta\delta\upsilon$.* quorum legitur

I) unus uere Lycius in lateribus meridiano et orientali et in superiore parte lateris septemtrionalis,

* Ab hac norma recedunt hi loci: in latere meridiano u. 25. $\Delta\text{P}\text{B}\text{B}\text{E}\Delta\Delta\Delta$, u. 32. $\text{Y}\text{E}\Delta$, u. 44. $\text{TP}\text{B}\text{B}\text{Y}\text{N}\text{E}\text{M}\text{E}$, u. 54. $\text{TOP}\Delta\text{V}\text{S}$ s. E : in latere orientali uersus decem primi eo discrepant ab eis qui secuntur, quod in unoquoque illorum litterae tertia cum quarta, duodecima cum tertia decima, uicesima cum una et uicesima, denique duae extremae spatium ternarum litterarum occupant; deinde in eodem latere legitur u. 11. $\text{TP}\text{B}\text{B}\text{Y}\text{N}\text{E}\text{M}\text{E}$, u. 19. $\text{E}\Delta\Delta$ $\text{T}\Delta$, u. 20. $\text{P}\text{E}\Delta\Delta\Delta$ (ita scriptum, ut singulae litterae non altera supra alteram uersus sequentis, sed inter litteras eius singulas positae sint), u. 38. $\Delta\Delta\Delta$ $\text{X}\Delta\Delta$; in epigrammate Graeco saepe littera l, quod alias quoque fiebat, ad litteram finitimam tam prope adiuncta est, ut una cum ea spatium unius tantum litterae expleat; atque idem obseruatur in signo), quo membra carminis quod sequitur in lateribus septemtrionali et

II) alter Graecus medio in latere septemtrionali,

III) tertius, qui signo)** aequis fere interuallis posito distinguitur, in inferiore parte lateris septemtrionalis et in latere occidentali. quem titulum primus Schmidt, *Commentatio de columna Xanthica* 5 sqq. a ceteris secreuit, cum ostendit, quanta necessitudo inter inferiorem partem lateris septemtrionalis et lateris occidentalis intercedere neque usquam alibi signum) inueniri nisi in uno titulo Antiphellio (55.). praeterea Arkwright et Imbert docuerunt sermonem harum partium proprium non mediocriter a ceteris titulis Lyciis discedere. cum igitur pro dialecto poetica, quam antiquiorem linguae formam prae se ferre Arkwright subtiliter coniecit, habere non dubito, cum haec monumenti pars ipsa carmen quoddam signo) in singula membra diuisum esse uideatur.

Quo ordine hi tituli inscripti legendique sint, si quaeras, nunc iam exploratum est scripturam sicut a sinistro margine ad dextrum ita a latere ad latus dextrorsus progredi. namque necesse est ut latus meridianum primum sit tituli uere Lycii, quippe cum hoc latus incipiat a pronomine demonstratio $\Delta\text{B}\text{Y}\text{E}\Delta$ [E], a quo plerique tituli exordiantur, et litterae, quibus finitur latus orientale, $\text{S}\text{P}\Delta\text{P}\text{T}$ ad plenam uocem efficiendam terminatione PIE uel simili egeant, quae tantum modo in lateris septemtrionalis initio nunc manco fuisse potest. deinde tituli signo) diuisi initium inferiore parte lateris septemtrionalis, finem latere occidentali contineri per se consentaneum est. neque ullo iure opponi possunt spatia quae uacua lapidarius in lateribus meridiano et septemtrionali exeuntibus reliquit. dubium enim non est, quin hoc ideo fecerit, quod periodus his locis finita esset; nam persaepe etiam in fine uersuum, sicubi periodus aut certe uocabulum finitum erat, spatium uacuum reliquit. quae cum ita sint, latus meridianum primum fuisse potest, tum orientale et septemtrionale, latus autem occidentale extremum ueri simillimum est, id quod M. Schmidt primus demonstrauit.

Confirmatur hic ordo amplitudine scripturae diuersa. etenim uersuum numerum uides non esse eundem in singulis lateribus, sed ita paulatim augeri, ut contineantur

latere meridiano	uersus 55,
„ orientali	„ 64,
„ septemtrionali	„ 65,
„ occidentali	„ 71.

lapidarius uidelicet, quo longius progrediebatur, eo plures uersus spatii angustiis magis magisque pressus in singula latera referebat. sed in latere septemtrionali inscribendo cum uidisset aliquanto plus quam tum iam exarauerat insculpendum restare, ueritus ut spatium reliquum sufficeret, illic quam maxime scripturam coartauit, quo commodius eam in latere extremo distribuere posset. itaque quod spatium primis 19 uersibus lateris septemtrionalis occupatur, idem

in latere meridiano	uix 16,
in orientali	17,
in occidentali	20,

in inferiore parte lateris septemtrionalis 22 uersus capit.

ac simili ratione litterarum numerus crescit: nam singulis uersibus

laterum meridiani et orientalis	31 litterae (in hoc quidem supra 27),
lateris occidentalis	32 (infra 33)***,
partis superioris lateris septemtrionalis	34,
„ inferioris	„ „ 41 litterae fere comprehenduntur.

occidentali distinguuntur; praeterea in hoc carmine, si modo carmen id dicere licet, hi loci non sunt scripti $\sigma\tau\alpha\chi\eta\delta\delta\upsilon$: c 62 $\text{TO}\Delta\text{E}\Delta$, d 56 $\text{N}\Delta\text{B}\Delta\text{P}\Delta\text{Y}\Delta\text{E}$, d 59 $\text{V}\Delta\text{P}\Delta\text{E}\Delta\text{E}\Delta$, d 63 $\text{OPT}\text{ OI}$, d 68 $\text{M}\Delta\text{Y}\Delta\text{V}\Delta\Delta$, d 70 $\text{F}\Delta\text{P}\Delta\text{S}\Delta\text{E}\Delta\Delta$, $\text{N}\Delta\text{E}\Delta\Delta$, $\text{TO}\text{F}\Delta\Delta$, d 71 $\text{SO}\text{K}\text{P}\text{E}$.

** Hoc signum redire solet in tertio uel quarto quoque uersu, sed nonnullis locis, quos hic unci inclusi, simul cum aliis litteris interit: c 34, (c 36), c 39, (c 41), c 44, c 46, c 48, c 51, c 53, c 56, c 58, c 60, (c 62?), d 4, d 7, d 10, d 13, d 16, (d 19?, d 22?, d 25?), d 29, d 30, d 34, d 37, d 40, d 44, d 47, d 50, d 53, d 56, d 59, d 62, d 65, d 67, d 70.

*** Ut in superioribus uersibus unius cuiusque lateris minor litterarum numerus poneretur quam in inferioribus, pilae contractura factum est, de qua supra (p. 39) dixi.

Epigramma uero Graecum, cuius huc usque rationem non habui, more solito ita scriptum est, ut hexametri et pentametri singulis scripturae uersibus exhibeantur. neque tamen lapidarius longissimo hexametro respecto, ut debuit, litteras disposuit, sed totidem litterarum locos (34) singulis uersibus esse maluit, quot sunt in titulo Lycio, qui in eodem latere antecessit; quam ob rem post finem uersuum breuiorum spatium uacuum restat, uersuum autem longiorum litterae extremae cumulae sunt. quam absurdam distributionem, quae nisi textu antecedente conlato non facile potest explicari, mero casui adtribuere coguntur, qui carmen Graecum multis annis ante titulum Lycium inscriptum esse opinantur. accedit quod eorum sententiae aduersatur aequabilitas scripturae Lyciae in lateribus meridiano orientali septentrionali antecedentis, quae neque omnino pariter ubique distributa neque usquam, ne ad finem quidem coartata est, sed ita procedit, ut sensim paulo densior euadat, id quod sane mirum esset, si fines tam angusti epigrammate Graeco iam dudum inciso constituti erant. primum ergo inscriptum esse mihi constat titulum uere Lycium, tum epigramma Graecum, ultimum titulum signo) insignem.

Sed iam ad quaestionem de tempore titulorum adgrediamur, num omnes eodem et quo tandem tempore scripti sint. cuius rei satis certa indicia habemus in nominibus propriis uelut

ΜΕΛΙΣΑΝΔΡΩ	= Μελίσανδρος	a 45,
ΑΜΟΡΓΩ	= Ἀμόργης	a 55,
ΕΙΩΝΕΣ	= Ἴωνες	} b 27,
ΣΠΑΡΤΙΑΙΕ	= Σπαρτιάται	
ΑΘΗΝΑΙΟΙ	= Ἀθηναῖοι	} b 59 sq.
ΔΑΡΕΙΟΣ	= Δαρεῖος	
ΚΑΙ ΑΡΤΑΞΕΡΞΗΣ	= καὶ Ἀρταξέρξης	
ΙΕΡΑΜΕΝΩ	= Ἰεραμένης	c 12,
ΤΙΣΣΑΦΕΡΝΩ	= Τισσαφέρνης	c 15.

in his nominibus detegendis et ad res gestas referendis elaborauerunt Savelsberg Deecke Imbert Arkwright, quibus omnino adsentior. nam recte statuere mihi uidentur non Darium I. et Artaxerxem I., inter quos Xerxes 485—465 regnum tenuit, illo modo alterum continuo post alterum nominari potuisse, sed Darium II. et Artaxerxem II., quorum ille 424—405 hic 405—362 regnauit; deinde Melesandrum Atheniensium illum ducem esse qui hieme anni 430/29 cum sex nauibus in Cariam et Lyciam profectus, ut eos socios qui ab Atheniensibus defecerant uel tributa recusauerant rursus in dicionem redigeret, deuictus et ipse occisus est; * denique Amorgem Hieramenem Tissaphernem et Iones Lacedaemonios Athenienses interfuisse rebus anno 412. gestis. **

Quae igitur in titulo primo, Lycio, in quo omnia nomina illa exstant, describuntur res gestae, pertinuisse uidentur ad id tempus, quod extenditur inde ab anno 430. uel superiore usque ad annum 412. a. Chr. n.; neque multo post inscriptum esse hunc titulum inde efficitur, quod Hieramenes et Tissaphernes in eo fere exeunte commemorantur. quid? quod paene omnia huius tituli nomina propria in nummis Lyciis leguntur, quos Six et Hill saeculo quinto exeunti aut quarto ineunti adscriperunt:

* Thuc. II 69: Τοῦ δ' ἐπιγεγονόμένου χειμῶνος Ἀθηναῖοι ναῦς ἐστεῖλαν εἰκοσι μὲν περὶ Πελοπόννησον . . . , ἑτέρας δὲ ἑξ ἐπὶ Καραίας καὶ Λυκίας καὶ Μελίσανδρον στρατηγόν, ἑπὶ τὰς ταῦτά τε ἀργυρολογίαι καὶ τὸ ληστικὸν τῶν Πελοποννησίων μὴ ἔθουν αὐτόθεν ἐρμύμενον βλάπτειν τὸν πλοῦν τῶν ὀλκάδων τῶν ἀπὸ Φασήλιδος καὶ Φοινίκης καὶ τῆς ἐκείθεν ἡπείρου. ἀναβὰς δὲ στρατιῇ Ἀθηναίων τε τῶν ἀπὸ τῶν νεῶν καὶ τῶν θυμάρχων ἐς τὴν Λυκίαν ὁ Μελίσανδρος ἀποθνήσκει καὶ τῆς στρατιᾶς μέρος τι διέφθειρε νικηθεὶς μάχῃ.

** Thuc. VIII 5 5: ἐπήγχετο γὰρ καὶ ὁ Τισσαφέρνης τοὺς Πελοποννησίους καὶ ὑπὸ σκεπτο τροφὴν παρέχειν . . . τοὺς τε οὖν φόρους μᾶλλον ἐνόμιζε κομίσσονται καὶ αὐτοὺς τοὺς Ἀθηναίους καὶ ἅμα βασιλεὶ θυμάρχους Λακεδαιμονίους ποιήσιν καὶ Ἀμόργην τὸν Πισσοῦθου υἱὸν νόθον ἀφροσύνην περὶ Καραίαν, ὥσπερ αὐτῷ προσέταξε βασιλεὺς, ἢ ζῶντα ἄξειν ἢ ἀποκτενεῖν. οἱ μὲν οὖν Χίοι καὶ Τισσαφέρνης κοινῇ κατὰ τὸ αὐτὸ ἔπρασαν (de Pissuthne, patre Amorgis, cf. Thuc. I 115 4 Πισσοῦθον τῷ Ἰσταῖου, cum quo loco conuenit lateris septentrionalis uersus 48. sq. FEITTA—

ΚΟΡΡΑΛΕ (Six 440—400 env., Hill circa 480—430),
 ΝΑΡΕΥΑ (Six vers 420, Hill circa 410),
 ΑΡΒΒΕΛΑ (Six 390 env., Hill circa 400),
 ΤΡΒΒΛΛΕΜΕ (Six 390—380 env., Hill circa 390),
 ΝΑΡΕ (Six 400—390 env., Hill circa 450—410),
 ΜΕΧΡΑΡΑΤΡ (Six 394—380 env., Hill circa 390),
 ΡΡΟΦΥΤΕΙΛΛΕ (Six 390—385 env., Hill circa 400—390),
 ΕΤΑ (Six 420—415 env.),
 ΤΑΧΧΕΦΛΕΒΕ (Six 405—395 env., Hill 480—460 ***).

Sed etiam qui restant tituli duo ad easdem fere res pertinere ideoque eodem fere tempore insculpti esse uidentur, quia pars illorum nominum in iis quoque legitur. etenim qui carmine Graeco celebratur filius Harpagi†, initio tituli Lycii (a 1) nominabatur, unde apparet eum ipsum hoc sepulcro conditum esse, et fortasse in u. 30. lateris meridiani; deinde ΚΑΡΤΙΧΑΣ (in u. 12. carminis Graeci) idem est ac ΝΑΡΕΥΑ (a 10 et 30). neque solum in latere meridiano nomina Cerigae et Harpagi, Amorgis et Cuperlis leguntur, sed etiam in septentrionali (u. 37; 49; 50; 57 sq.) et occidentali (u. 8; 11; 19; 45). denique probabile est Arcades, quorum septem uno die filius Harpagi interfecisse carminis Graeci uersu 10. narratur, in numero militum mercenariorum fuisse, quos sub Amorge qui a 55 et c 49 nominatur stipendia meruisse Thucydides VIII 28 4 ** memoriae tradidit (cf. Thuc. VII 57 8 Μαντινῆς δὲ καὶ ἄλλοι Ἀρκάδων μισθοφόροι ἐπὶ τοὺς ἀεὶ πολέμους σφίσιν ἀποδεικνυμένους εἰωθότες ἰέναι); quamquam non satis constat illos septem Arcades numero CII (a 49) significari. at tamen si quis statuere malit 'carmen' illud Lycium aliquanto post additum esse a Ceriga, qui totiens in eo appellatur, eumque fuisse filii Harpagi successorem, nescio quid huic sententiae opponi possit.

Adcuratius uero de carmine Graeco (c 20—31) agamus, quod dialecto Attica conscriptum est, quamuis Ionicam in elegia illius temporis praesertim extra Atticam orta desideres. quod epigramma, si litterarum formas spectes, adduci possis, ut medio potius quam extremo saeculo quinto inscriptum esse censeas. neque tamen huic argumento, quod quam lubricum sit neminem fallit, nimium pondus tribuam. ratio autem scribendi optime cum aetate inferiore conuenit. littera E enim in uerbis ἐνέμεν (c 20), οὐδέξ (c 21), ἀκροπόλεξ (c 26) posita etsi ab usu posteriore abhorret, tamen eodem modo Athenis usque in saeculum quartum medium passim adhibebatur. et genetiu terminatio in hoc carmine (c 20 et 23) iam ου scribitur. nam ut c 24 ΑΡΡΑΓΟΥΙΟΞ exararetur, eo factum est, quod hic lapidarius sicut alii uocales duplicare noluit (praeter c 24 τὰ πάντα quae scriptura metro flagitatur); atque etiam elisionem quam dicunt ita respexit, ut ubicumque uocalis altera eadem esset, scribendo eam omitteret, ubicumque autem diuersa, utramque uocalem insculperet. quae constantia eo pluris est existimanda, quo neglegentior se lapidarius aliis locis praebuit (c 21 ἀνέθην, 23 ἀθάντον, 28 ἀπεμσαντο, 30 ἔπεστα, βοτῶν, ἔτησεν, ἀπάνων). denique non defuerunt, qui epigramma Graecum propterea ceteris monumenti titulis antiquius esse ducerent, quod canales litterarum in eo minus essent profundi quam

ΣΠΡΑΙΕ ΟΜΡΥΑΙΕ). — Thuc. VIII 28: Οἱ δὲ Πελοποννησίοι ἅμα τῇ ἐφ' ἐκ τῆς Τειχιόσσης ἀρantes ἐπικατὰγονται καὶ μέναντες ἡμέραν μίαν τῇ ὑστεραίᾳ καὶ τὰς Χίας ναῦς προσλαβόντες . . . ἐβούλοντο πλεῖσαι . . . καὶ ὡς ἴλθον, Τισσαφέρνης τῷ περὶ τῶν παρελθόνων πείθει αὐτοὺς ἐπὶ Ἰάσον ἐν ἢ Ἀμόργης πολέμους ὧν κατεχετο πλεῖστα. καὶ προσβαλόντες τῇ Ἰάσῳ αἰφνίδιοι καὶ οὐ προσδεχομένων ἄλλ' ἢ Ἀττικὰς τὰς ναῦς εἶναι αἰροῦσι . . . καὶ τὸν τε Ἀμόργην ζῶντα λαβόντες παραδίδασιν οἱ Πελοποννησίοι Τισσαφέρνι ἀπαγαγεῖν εἰ βούλεται βασιλεῖ . . . τοὺς τ' ἐπικούρους τοὺς περὶ τὸν Ἀμόργην παρὰ σφᾶς αὐτοὺς κομίσαντες καὶ οὐκ ἀδικήσαντες ἐνέταξαν οὗ ἦσαν οἱ πλεῖστοι ἐκ Πελοποννήσου. — Thuc. VIII 58 1: ἐνυθῆκα ἐγένοντο ἐν Μαϊάνδρῳ πεδίῳ Λακεδαιμονίων καὶ τῶν θυμάρχων πρὸς Τισσαφέρνι καὶ Ἰεραμένη καὶ τοὺς Φαρνίκου παῖδας . . .

*** Si modo recte Hill hoc statuit, alius eiusdem nominis homo appellatur in titulo, alius in nummis.

† Hic Harpagus idem esse possit, qui ab Herodoto VI 28 et 30 commemoratur.

in illis atque hic illic prope euanuissent. sed inde nihil omnino conligi potest nisi epigramma ab alio quodam lapidario eoque minus exercitato incisum esse. nam eandem rationem Benndorf in titulo 25. obseruauit, cuius partes Lyciam Graecamque simul esse inscriptas manifestum est.

Huius igitur carminis primus uersus (c 20) repetitus est ex epigrammate, quod in monumento uictoriae Eurymedontae publico inscriptum fuisse traditur; cf. Preger, Inscriptiones Graecae metricae ex scriptoribus praeter anthologiam collectae 269:

Ἐξ οὗ τ' Εὐρώπῃν Ἀσίας δίχα πόντος ἔνευεν
καὶ πόλις θνητῶν θούρος Ἄρης ἐφέπει,
οὐδενὶ πω κάλλιον ἐπιθονίων γένετ' ἀνδρῶν
ἔργον ἐν ἡπείρῳ καὶ κατὰ πόντον ὁμοῦ.
οἷδε γὰρ ἐν γαίῃ Μήδων πολλοὺς ὀλέσαντες
Φοινίκων ἑκατὸν ναῦς ἔλον ἐν πελάγει
ἀνδρῶν πληθούσας· μέγα δ' ἔστεινεν Ἀσίς ὑπ' αὐτῶν
πληγείσ' ἀμφοτέραις χερσὶ κράτει πολέμου.

at hoc epigramma non solum Simonidis* esse, cui in Anthologia ascribitur, sed etiam saeculo quinto tribui posse negauit B. Keil (Hermes XX 344 sqq.), cui non pauci uiri docti adsentiantur. ac profecto, licet non omnia quibus B. Keil offenditur uitiosa sint,** tamen nonnulla certe fastidii aliquid mouent, quamquam per se minime sufficiunt ad carmen quinto saeculo abiudicandum: ueluti uersus 5.—8. praesertim post u. 1.—4. loquacitatem quandam prae se ferunt, concinnitas maxime uerbis ἀνδρῶν πληθούσας quae in distichon sequens quodam modo redundant inminuitur, ad duos datiuos continuos ἀμφοτέραις χερσὶ et κράτει πολέμου insuper accedit ὑπ' αὐτῶν, imago denique Asiae tamquam seruae percussae Graecorum utrisque manibus turbatur addita interpretatione κράτει πολέμου. sed haec omnia uersibus 5.—8. continentur, quibus uersus antecedentes (1.—4.) rerum et uerborum tenuitate subtilitate concinnitate tanto opere praestant, ut una cum uersibus 5.—8. fictos eos esse praecise negem. immo quin uersus illi praeclari 1.—4. re uera in monumento saeculi quinti medii inscripti fuerint et ad uictoriam Eurymedonteam referendi sint, non est quod dubitemus*** sed cum uersu 3. unus potius uir quam exercitus uniuersus spectari uideatur, uersus 1.—4. in monumento Cimonis additos fuisse eius nomini suspicari liceat. ac similem sententiam Bergk, Poetae lyrici III³ 1172 pronuntiauit.†

Sed utut ista res se habet, id quidem constat carmen hoc 'Simonideum' aliquamdiu in omnium ore fuisse. namque nobis testimonia ineuntis saeculi quarti seruata sunt, e quibus quam celebre etiam tum principium eius fuerit intellegitur: CIA II 555 (a. 376/5 a. Chr. n.)

Ἐξ οὗ Κέκροπα λαὸς Ἀθηναίων ὀνομάζε[ι]
καὶ χώραν Παλλὰς τήνδ' ἔκτισε δῆμῳ· Ἀ[θη]νῶν,
οὐδὲς Σωσιβί[ο] καὶ Πύρρ[ο] μελ[ί]σ[σ]ονα θ[ν]ητῶν
φυλὴν Κεκροπίδων ἔργῳ· ἔδρασε ἀγαθὰ.

deinde B. Keil (Hermes XIX 641) docte adtulit Isocr. IV 179 τῆς γὰρ γῆς ἀπάσης τῆς ὑπὸ τῷ κόσμῳ κειμένης δίχα τετμημένης καὶ τῆς μὲν Ἀσίας τῆς δ' Εὐρώπης καλουμένης τὴν ἡμίσειαν ἐκ τῶν συνθηκῶν εἰληφεν ὥσπερ πρὸς τὸν Δία τὴν χώραν νεμόμενος. quid igitur mirum quod uersificator Xanthius uel potius Atheniensis, cuius ingenium mediocre fuisse multis locis comprobatur, ineptissime elegantissimum carminis initium in suum usum conuertit.

* Simonidem hoc epigramma composuisse quis hodie credat, postquam V. de Wilamowitz fabulam inueteratam de Simonide epigrammatum poeta penitus praeclaro suo quaestiones ad finem usque persequendi impetu extinxit (Nachrichten der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen 1897 p. 317 sqq.). quamquam ipsa temporum ratio non obstat, cum proelium ad Eurymedontem autumno anni 468. commissum, Simonides uero non ante 468/7 mortuus esse uideatur.

** Si uersum G. Φοινίκων ἑκατὸν ναῦς ἔλον ἐν πελάγει cum Ottone Benndorf (Über das Kultusbild der Athena Nike 35) ad illas octoginta triremes Phoenicum retuleris, quas Cimo uictoria ad Eurymedontem reportata oppressit (Plut. Cim. 13), neque aoristus participii ὀλέσαντες nec numerus centum nauium quicquam dubita-

Carmen Graecum 'columnae' Xanthiae, quod ex eius titulis solum intellegitur, tamen ne ipsum quidem ita conformatum est a poeta, ut argumentum omnibus e partibus planum sit ac perspicuum. sed id quidem constat Harpagi filium quendam celebrari eumque ut regem provinciae bellica laude praestitisse, deinde hoc eius sepulcrum in foro urbis cum duodecim deorum honore consociatum atque idem amplitudine sua insigne rerum ab illo gestarum monumentum fuisse. difficilis autem quaestio oritur, quo ille tempore floruerit, quas uictorias reportauerit, denique quanam res bello domique ab illo gestae hoc carmine significentur. cui rerum obscuritati lucem adtulit Benndorf, qui ex habitu scripturae antiquiore primus certo cognouit (Reisen I 89) epigramma non quarto saeculo, cui plerique adtribuerant, inscribi potuisse, sed iam saeculo quinto ortum esse. idem nuper (Jahreshefte III 115 sqq.) subtili sane argumentatione probare studuit agi de rebus in Lycia eo tempore gestis quo Athenienses aduersus Samios bellarent (440/39). tum enim uideri Harpagi filium Lycios a Cimone ad foedus Atheniensium adregatos pauloque post firmius etiam proelio Eurymedonte deuinctos in libertatem rursus uindicasse. ideoque auctorem elogii certo consilio primum uersum e carmine 'Simonideo' repetissem, ut hoc carmen quo ipsa uictoria Eurymedontea celebraretur renouando quasi redargueret. quod contra equidem dubito, num poeta iste Xanthius minime ingeniosus consilio tam faceto uersum illum repetierit, praesertim cum probabile non esse supra ostenderim eius epigramma paucis lustris post uictoriam Eurymedonteam atque aliquanto ante ceteros titulos, qui ad finem quinti saeculi usque pertinent, inscriptum esse. neque dissimulare possum indicia, quorum auxilio epigrammatis argumentum ad illud tempus referri possit, nimis exigua esse mihi uideri. maiore uero plausu prosequor quae Benndorf in uniuersum de Graecis Lyciae cultoribus exposuit. e qua disputatione hoc loco ea tantum depromam, quae ad hoc carmen intellegendum maioris sunt momenti. etenim declarat antiquitus iam Graecos constitisse in Lycia atque incolas magis magisque suis moribus cultuque imbuisse, cuius rei documento esse deos in hoc carmine (c 22; 26; 30) nuncupatos. quam Graecorum uim et auctoritatem uictoria Eurymedontea mirum quantum auctam esse, ita ut Lycii, quamquam foedere illo maritimo cum Atheniensibus coniuncti essent atque etiam anno 446/5 tributum penderent, non amplius eorum pondus tolerarent, sed, cum calamitate Atheniensium Samia 440/39 occasio oblata esset, Persarum auxilio aut certe consensu seditione facta Graecos in Lycia commorantes opprimerent foedusque cum Atheniensibus initum detrectarent. huius autem seditionis superbum monumentum esse 'columnam' Xanthiam.

Iam uero ad singula interpretanda adgrediamur.


u. 1. (c 20) non solum particula τὲ ex exemplari 'Simonideo' seruata magno opere offendit, sed etiam sententia huius uersus in eis quae secuntur neque continuata neque ullo modo respecta.

u. 2.—4. Benndorf, Jahreshefte III 110 sqq.: „Der Bestattungszweck war jedermann offenkundig, ist daher hinlänglich durch στήλην, indirect vielleicht auch durch καθάρων ausgesprochen, während der Charakter des Denkmals durch die verlorenen Zierden des Dachaufsatzes und des Grabkammerfrieses versinnlicht war. Dies letztere ist umso gewisser anzunehmen, als auch die Friesreliefs eines kürzlich in Isinda entdeckten Pfeilergrabes Kriegsthaten des Todten darstellen und für den Aufsatz der Stele sich nach Analogie zahlreicher

tionis habebit. adde quod idem nauium numerus apud Lyeurgum 72 et Diodorum XI 60 6 legitur.

*** Postquam haec scripsi, E. Schwartzium in eandem sententiam incidisse (Hermes XXXV 118 sqq.) animaduerti.

† E. Meyer (Forschungen zur alten Geschichte II 9 sqq.) toto hoc epigrammate in monumento splendido uictoriarum inscripto expeditionem anni 449. Cypriam illustrari opinatur Ephorumque ab hoc carmine profectum esse ad pugnas et Salaminiam et Eurymedontem describendas. quae coniectura audacior esse mihi uidetur, praesertim cum Meyer ipse p. 10. sq. difficultates nonnullas, quae ex ea nascuntur, proferat, non tollat. accedit quod eos, qui hoc epigramma ad uictoriam Cypriam referunt, iam Bergk, Poetae lyrici III³ 1169 refellit.



lykischer Grabreliefs und des von einer Quadriga bekrönten Mausoleion von Halikarnass am natürlichsten ein Bild des Stifters vermuthen lässt, stehend auf dem heroischen Kriegsgespänn, mit einem Wagenlenker oder vielleicht mit einer Nike zur Seite. Heroa auf Stadtmärkten sind allbekannt, auch für historische Personen aus früher Zeit bezeugt; auffällig ist mithin nur die ausdrückliche Zueignung eines solchen an die zwölf Götter. Als möglich lässt sich dies, abgesehen von der allgemeinen Sitte, Siegesmale als Anatheme zu behandeln, aus dem Gedanken zurechtlegen, welcher der Errichtung von Heroengravern in Götterheilighümern hauptsächlich zugrunde liegt. Denn ein durch die Wahl eines schon geweihten Platzes in besonders göttlichen Schutz gestelltes und in sacrale Verbindung gesetztes Heroon ist ohne bestimmte Anrechte des Gottes nicht zu vergegenwärtigen Aber außerordentlich ist der Vorgang immerhin, und hierdurch wird das hohe Pathos des Anfangsverses etwas minder seltsam. Besteht doch das Erstaunliche, noch nie Dagewesene, das er hervorhebt, keineswegs in der Größe des Monuments, wie man bisher annahm — das benachbarte Harpyienmonument ist größer und älter — auch nicht bloß in den künstlerischen oder inschriftlichen Beigaben, die sich auf eine Revolution der politischen Landesverhältnisse bezogen. Lykischem Brauche zufolge ist vielmehr vorauszusetzen, dass das Grabmal bei Lebzeiten errichtet war. Durch den Standort hatte sich der Errichtende dann im voraus selbst heroisiert, was nur im Besitze einer unbeschränkten Machtvollkommenheit denkbar ist und trefflich zu dem überschwinglichen Stolz des ganzen Gedichtes stimmt. Etwas Ähnliches beging Philipp der zweite von Makedonien, als er auf dem Gipfel seines Ruhmes kurz vor dem Tode einer feierlich veranstalteten Pompe der zwölf Götter das eigene Standbild folgen und sich als dreizehnten Gott begrüßen ließ.“

u. 3. καθάρῳ meo quidem iudicio simplex est epitheton ornans quod uocatur substantiui τρέμεναι.

u. 4. τότε subiectum enuntiati et uerbum ἐστὶν omisum esse puto sicut in u. 5. ineunte. cur autem pila hoc uersu non, quod est, sepulcrum, sed uictoriarum bellicae monumentum dicatur, non tam difficile est ad explicandum. nam memoria rerum bello gestarum sine dubio non minus imaginibus insculptis in parietibus cellae sepulcralis quam titulis ipsis celebrabatur; ac titulo Lycio praegresso, quem sepulcralem esse cum aliis uiris doctis existimo, elogium Graecum et ‘carmen’ Lyciis litteris scriptum tantum modo herois laudibus extollendi causa adnexa esse mihi uidentur, quam ob rem in iis funeris sepulcrique mentionem non fieri consentaneum est.

u. 5. ὅδε pronomine statuam monumento superimpositam demonstrari ueri est simillimum.

u. 5. in uerbo primo, quod in ις cadit, quin nomen filii Harpagi lateat, nemo iam dubitare potest. de nomine autem ipso Benndorf, Jahreshfte III 119 haec exposuit: „Gesucht werden muss der Harpagide unter den zahlreichen Dynastennamen, welche die lykischen Münzen bieten; und unter diesen ist, wie J. P. Six gesehen hat, der Dynast ὩΡΡΩΕ, der mit der lykischen Bezeichnung von Xanthos: Ἀρήνα ὩΡΡΩΕ prägt, derjenige, dessen Name nach Umfang und Lautwert in die zerstörte Stelle des griechischen Gedichtes bestens passt, mag sich auch die griechische Form, wofür verschiedene Vorschläge gemacht worden sind, nicht mehr feststellen lassen. Von den Münzen dieses Dynasten liegen ansehnliche Serien vor, die stilistisch der zweiten Hälfte des fünften Jahrhunderts angehören. Die Hauptserie zeigt einen Athenakopf und auf dem Revers einen bärtigen Portraittkopf mit einer persischen Tiara, die von einem Lorbeerkränze umgeben ist. Diesen Kopf erklärt Six für eines der ältesten bisher nachgewiesenen Münzportraits und vermuthet in ihm die Nachbildung eines statuarischen Standbildes. Die Tiara tritt hier zum erstenmale in der lykischen Münzprägung auf und kommt späterhin nur ganz vereinzelt bei anderen

Dynasten, aber, so viel ich sehe, nie mit dem Lorbeerkränze vor. Es bedarf keiner Erinnerung, wie gut das Portrait, wenn es ein solches ist, die Tiara, der Lorbeerkränze . . . die obigen Darlegungen erläutern würde, namentlich da der Harpagide als βασιλεύς gepriesen wird, eide Bezeichnung, die für die Satrapen üblich ist, denen sonst die Tiara zukommt.“ accedit quod nomen ὩΡΡΩΕ saepius in titulo Lycio legitur (a 47; 48; b 23) ac superiore loco non longe a numero CII (a 49), quem Six 88 ad septem Arcades a filio Harpagi occisos (c 29) rettulit. quae autem a 30 ante ὩΡΡΩΕ: ΤΕΔΛΕΜΕ inuenitur terminatio +Ε, haec contra illud nomen non faciat. nihilo minus tamen rem totam nondum plane absolutam esse libenter concedo.

u. 5. sq. ἀριστεύσας τὰ ἅπαντα χερσὶ Schmidt bene confert cum Soph. Trach. 488 πάντ' ἀριστεύων χερσὶν. post hanc locutionem substantium πάλην, quo generalis notio uerbi χερσὶ determinatur, quamquam non excellit elegantia, ferri tamen posse credam. neque quicquam melius cum hac sententia et ea quae continuo sequitur (c 26 sq.) conuenit quam pilae sepulcralis, quam Heberdey 1895 Isindis inuenit, imagines, quibus praeter cetera et luctatio et pugna exhibetur, cuius rei exempla non adeo rara sunt. quanto opere uero friget πάλην (= βασιλεύς) substantium, quod illius loco legendum Schmidt proposuit. neque credere possum uocem istam Phrygiam, cuius forma uera non est πάλην sed βαλὴν, ab hoc poeta Attico usurpatam esse, cum nusquam alias in oratione continua legatur, sed semel in exclamazione chori apud Aeschylum (Pers. 660 βαλλὴν ἀρχαῖος βαλλὴν ἔθι τοῦ ἔλθ' . . .), semel pari modo apud Sophoclem (fragm. 472 N. ὡ βαλλὴν). denique moleste fero quod constructio interrumpitur nomine πάλην interposito uerbis quae inter se artissime cohaerent ἀριστεύσας τὰ ἅπαντα χερσὶ Λυκίων τῶν τότε ἐν ἡλικίᾳ.

u. 6. neque e uerbis τῶν τότε ἐν ἡλικίᾳ (= qui tum uigebant, cum luctando excellebat, id est cum ipse quoque uigebat) neque ex alio huius aut Lycii tituli loco necessitate quadam sequitur, ut Harpagi filium tum cum haec inscriberentur iam mortuum fuisse putemus. immo Lycii etiam multo inferiore aetate saepe uiui sua sepulcra exstruenda et inscribenda curauerunt.

u. 7. uerbis σὺν Ἀθηναίᾳ: πολιορκῶναι confirmari mihi uidetur epigramma ad finem saeculi quinti compositum esse, quippe quo tempore fieri potuerit ut Lycii rursus in gratiam redirent cum Atheniensibus. nam eis annis, quibus inuiti ut uidentur tributa Atheniensibus pendebant, eorum dominationem excutiebant, cum Melesandro Atheniensium duce pugnabant, Amorgem ipsi cum Peloponnesiis capiebant, princeps eorum uix dixisset aut dici passus esset se σὺν Ἀθηναίᾳ, quam deam praesidem Athenarum esse inter omnes constabat, arcus multas expugnasse, praesertim cum expugnatio oppidorum nullo testimonio adhuc seruato illius temporis Mineruae (praeter unum Lamproclis locum: Bergk, Poetae Lyrici III 1215 Παλλάδα περισέπολιν δεινὴν θεὸν ἐγχευόμενον ποτικλῆζω πολεμαδόκον), sed fere Marti tribuatur. quod autem hic commemoratur Mineruae praesidium, belle quadrat ad nummos illos Lycios, in quibus caput Mineruae Atheniensis* et in parte auersa nonnullorum ulula exsculpta est.

u. 8. ad συγγενεῖς cf. quae supra ad titulum 24. adnotata sunt.

u. 9.—12. quattuor sententiae inter se omnino diuersae ita concurrunt, ut ne minima quidem ars adhibita sit ad eas conformandas atque construendas.

u. 9. Benndorf 114: „Hiefür haben ihm die Unsterblichen mit gerechtem Ehrenlohn vergolten (indem sie ihn in ihr Heiligthum aufnahmen).“ cf. Hes. Theog. 503 Οὐρανίδας . . . οἱ οἱ ἀπεμνήσαντο χάριν εὐεργεσιάνων.



u. 10. cf. CIA II 1675: δαΐδας ἐπὶ μὲν ἄνδρας, ἐπὶ δὲ ἀπορρή[ξ]ας λόγχας ἐνὶ σώματι ἐκείνων εἰλετο τὰν ἀρετὰν πατέρα εὐκλειζων ἐνὶ δήμῳ.

u. 11. quamuis uerbis πλεῖστα τροπαία et βροτῶν ἀπάντων manifesta hyperbole subsit, tamen ex iis conligere licet uictorias non ab uno aduersario sed a pluribus reportatas esse.

dem Avers einer Münze, deren Rückseite den Kopf eines persischen Satrapen . . . (cui ὩΡΡΩΕ nomen illud adscriptum est) im vertieften Kreise zeigt.“


* W. Lermann, Athenatypen auf griechischen Münzen (1900) p. 48: „Auch im Osten der griechischen Welt fand jetzt der athenische Typus Nachahmung: so noch gegen Ende des 5. Jahrh. in Lykien (Brit. Cat. Lyk. pl. VI 1 u. 2) auf

45 XANTHO in museum Britannicum transportatum est saxum quadratum cuius pars inferior defracta est. in fronte eius titulus Lycius, in parte auersa idem in Graecum translatus est; sed illius uersuum exordia, huius terminationes desunt. „A block of limestone which shews no signs of use as a base, broken away irregularly below, and on the right of the Greek or left of the Lycian side. The extreme height is now 0.432^m, of which 0.13^m are taken up by an ornamental moulding round the top, projecting beyond the inscribed part. The upper surface measures about 0.505^m by 0.3^m. Below the moulding is the inscribed part, 0.27^m in depth. The surface bearing the Greek inscription is 0.295^m in extreme height. The breadth of the uninjured surface is 0.4865^m, of which 0.033^m on the left are left uninscribed. The Lycian surface is 0.245^m high, by 0.433^m broad. The surface however on both sides is so broken away towards the fractured end as to leave a rough projection of stone extending some way beyond the present termination of the inscribed part. The breadth to the end of this projection is about 0.56^m. The original breadth of the inscribed surface was therefore not less than 0.56^m.“ Arkwright.



modulus 1 : 5

eb]eññē pike[d]erecat-
amla]h arñna se tlawā se p-
inale] se kadawāt[i] meñna
..... truwehē[n]e se ti-
..... uti cbijehedi
..... ti] sewe ñte c-
..... wel]i eb-
..... n]e
.....



modulus 1 : 5

Ἐδωκεν Πιξωδάρος Ἐκ[α]τό[μ]νου Ἐα-
ν[θ]ί[ω]ις Τλωί[ω]ις [Π]ινάρ[ω]ις Κανδα-
υδέ[ω]ις [δ]εκάτην [τ]ῆς [μ] π[ο].....
οὐ[δ]ης [ἐ]ν τ[ῇ] α σ[η]
5 ἐ[ξ] [σ]α[α] [ο]ις τ[ο]
κ[ι]σεν [α] [ο]ι[η]
χοντω [ω]ν
Κα[υ]ν[θ]ί[ω]ις τῶ [Ἐα-
ν[θ]ί[ω]ις Τλω[ί]οις Πιναρ[ω]ις Κανδαυδ-
10 ε[ω]ις ἀνδράσιν καὶ γυναιξίν
ι Πιξωδάρου κ
άρου [β]ωμ[ὸ]ν
αστ
.....

Ectypa praefecti museo Britannico nobiscum communicauerunt; Arkwright formam saxi, Heberdey titulum Graecum descripsit.


Leake, Transactions of the Royal Society of Literature II. ser. II 35 Graeca edidit; Vaux, Handbook to the antiquities in the British Museum 162; Fellows, Travels 499; Fellows, Coins 17 sqq.; Schmidt, Neue lykische Studien I sqq. (ubi W. Pertsch primus utrumque titulum edidit); 25 sq.; 53; 67; 70; 85; Savelsberg I 60 sq.; Schmidt, Commentatio de inscriptionibus nonnullis Lyciis 11; Schmidt, Lykische Studien 452; Six, Monnaies lyciennes 78; Treuber, Geschichte der Lykier 105; Deecke, Beiträge XII 136 sqq.; XIII 282; Imbert, Le Muséon IX 493 sq.; Judeich, Kleinasiatische Studien 252, 2; Imbert BOR VII 162; Imbert, Mémoires IX 206, 6; Torp I 13; Kalinka, Festschrift für Kiepert 163 sq. et Jahreshefte III Beiblatt 40 sq.

Judeich in u. 10. ἀνδράσιν καὶ γυναιξίν et in u. 11. sq. Πιξωδάρου βωμὸν legendum proposuit, Imbert hoc loco καὶ Διὸς Παναγμ[ῆ] ἀρου βωμ[ὸ]ν suppleuit.

Pixodarus princeps Cariae regnavit 340—334 quo anno mortuus est. Imbert, Le Muséon IX 494: „La pierre est une base d'autel probablement. Le texte lycien dit sans doute la même chose que

TITVLI ASIAE MINORIS I

le grec.“ — Kalinka, Jahreshefte III Beiblatt 40 sq.: „Die Zeilenlänge lässt sich nicht mit Sicherheit erweisen, da immerhin nach Ἐκατόμνου noch der Genetiv des Großvaternamens und zwischen Pinara und Kadyanda noch eine andere Ortschaft gestanden haben kann; weil aber die Inschrift streng στοιχηδόν geschrieben ist (abgesehen davon, dass im griechischen Text mitunter ι zum benachbarten Buchstaben gezogen wird), so gewinnt die Annahme jener Zeilenlänge an der Ergänzung selbst, die für die vollständig ergänzten Zeilen des griechischen Textes gleiche Buchstabenanzahl ergibt, eine Stütze. Dazu



1 : 10




kommt, dass die dieser Voraussetzung entsprechenden Ergänzungen der lykischen Anfangszeilen

ΛΒ]ΑΞΥ*ΕΥΑ[Δ]ΑΡΑΤ
ΡΑΛΑ]+ΡΡΕΥΡΑΤΑΡΡΑΡ
ΕΝΡΑ]ΑΛΑΥΡΑΡΡΥΤΕ u. s. w.


gleich viele Buchstaben für Z. 2 und Z. 3 erfordern und ungefähr auf dieselbe Breite der beschriebenen Oberfläche führen wie das Griechische. Vier Städte aus dem Flussgebiete des Xanthos sind hier genannt, von denen eine, Kadyanda, in einer älteren Namensform (Kandayda o. dgl.)

erscheint. . . . Sachlich ist . . . von Bedeutung, dass außer den vier lykischen Städten, zu denen Pixodaros offenbar in freundschaftlichem Verhältnisse stand, auch Kaunos, wenn nicht alles täuscht, genannt wird, und zwar nicht in syntaktischer Verbindung mit den anderen Städten, so dass sich die Vermuthung aufdrängt, der karische Satrap Pixodaros sei damals mit den Städten des Xanthosthales gegen Kaunos verbunden gewesen; zu dieser Auffassung stimmt die Thatsache, dass Kaunos nach Her. I 171 (Ἀρπαγὸς δὲ καταστρεφόμενος Ἰωνίην ἐποίητο στρατηγὸν ἐπὶ Κάρας καὶ Καννίους καὶ Λυκίους) zwischen Karien und Lykien eine selbständige Stellung einnahm.“

46 XANTHI „Thal im Osten der großen Akropolis; zerbrochener Sarkophag; auf zweistufigem Untersatz aus dem Felsen gehauenes Hyposorion, an dessen Vorderseite Relief (zwei Löwen einen Stier zerfleischend); vom Deckel liegen ein Fragment der Langseite (Mann auf Kline, linken Arm aufgestützt, auf linker Hand Schale, unter der Kline Rest eines gelagerten Hundes) und eines der Schmalseite (sitzende Sphinx [quod fragmentum num ad hoc monumentum pertineat Benndorf dubitat]) daneben; Inschrift in und über dem vertieften Felde der Langseite des Kastens.“ Heberdey.




Reisen im südwestlichen Kleinasien I fig. 50



4:30.

..... la[z ...
..... kah]ba ehbi
..... miñ]ti aladahai[i
adaijē] o

O vacat




modulus 1:5

Petersen 1882 descripsit, F. ab Luschan 1882 ectypum fecit, Heberdey 1895 plenius descripsit et charta expressit, 1898 latus sepulcri inscriptum adumbravit.

Fellows, Lycia (in tabula paginae 174. adiuncta) leones taurumque adumbravit; Ross 47 pauca uerba de monumento edidit; Fellows, Travels 497 tituli mentionem fecit; Reisen I 90 sq. n. 72 fig. 50; tab. XXVII.


Heberdey ante Λ+BE fuisse [ΥΡ+]+ΒΑ putat et ante ΡΑΡΑΡ-+ΡΑ[Ε] fuisse [ΡΥΟ]ΤΕ cuius loco Arkwright ΜΕΞΤΕ mauult; idem Heberdey litteram O, quae sola reliqua est ex ultima parte tituli, optimo iure numeri signum esse suspicatur, ante quod ΡΑΡ nomen interisse uideatur.



47 XANTHI „Felsgrab nördlich von dem großen Grabpfiler [Reisen I tab. XXV].“ Petersen. Titulus in tigno transverso supra portam sepulcri inscriptus est; supra hoc tignum rupes est rudis.



modulus 1:5



ebēññē kupu m[ē] ti [p]rñaw[at]ē [h]u[r]a
ice[z]i hrppi ladi ehbi se tideime se ije
ñte tadē tesi miñti ada ||→

Petersen 1882 descripsit, Hula 1892 ectypum fecit et sepulcri formam adumbravit, Arkwright 1894, Heberdey 1895 contulerunt.

Reisen II 5 n. 10; Imbert, Mémoires IX 207, 4; X 55; Torp I 34; II 22.

48 XANTHI „An einem der nördlichsten Gräber des NNO-Abhanges der Burg.“ F. ab Luschan. „Felsgrab mit einem Geschoss und zwei Thüren, deren rechte offen ist.“ Heberdey. „Die Inschrift ist neben dem rechten Seitenbalken auf dem Felsen angebracht.“ Hula.

↑ β ω ε Ν ω : υ ο ρ ω : μ ψ τ ε ρ ρ ε
Ν Α ρ ρ τ ψ : π ρ Δ ρ υ μ ρ . + ρ ρ ρ ε ν
ρ ↑ : ↑ τ : ο + ↑

ebēññē kupā mē ti prñ-
nawatē padrāma hrppi [p]e-
re se tuhe

↑ β ω ε Ν ω : υ ο ρ ω : μ ψ τ ε : ε ι α τ ω
κ ι ρ ε ν α ν ρ : λ ρ ο ρ α + : τ ε Δ ρ ε
μ ε : λ ρ τ ε Δ ρ ε μ ε : ρ ρ Δ ρ χ μ ρ + ↑
υ ο Δ ε ρ α ι ρ Δ ρ : ↑ ρ ρ ρ ρ ρ ρ ρ ρ ρ ρ ρ
ρ ρ Δ ρ χ μ ρ

modulus 1:5

ebēññē kupā mē ti ijetē
s q[a]rñnaka pssureh tidei-
mi se tideimi padrñmahe
kudiwazade epenētijatte
padrñma

F. ab Luschan 1882 descripsit et charta expressit, Hula 1892 ectypum fecit, Arkwright 1894 contulit.

Reisen II 5 n. 11; Arkwright BOR V 188; Imbert, Mémoires VIII 464; Bugge 83.

Arkwright extremas u. 2. litteras ρ ρ legit nescio an rectius. Duos hos titulos non unius eiusdemque esse temporis luce clarius est, atque prior antiquior esse uidetur.

49 XANTHI „Im Innern desselben Grabes (48.) an der 2'14^m breiten Rückwand eine 0'48^m von der linken Ecke entfernte Kline, über welcher eine Inschriftzeile in einem geglätteten Streifen von 0'15^m Höhe angebracht ist; über der Inschrift ist die Wandfläche ganz rauh bis zur Decke.“ Heberdey.

↑ β ↑ + ε : ε) β ρ ι ε : μ ε ε ι α : ε ι ω ν ε : π ρ Δ ρ ε μ ρ κ . μ ρ ι ρ : μ ρ ε ι α ρ ρ ρ μ

modulus 1:5

Α Τ Ε Τ Ε Κ Α : Χ Δ Ε + Ρ Ρ Ρ Ε Τ Τ Ψ Ν ↑ :


ebēhi isbazi mi ije sijēni padrñma cumaza me ije nepemati tice cbi hrppi ttāne

Heberdey 1898 descripsit et ectypum fecit.


